



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendium Totius Tractatus De S. Matrimonij  
Sacramento R. P. Thomæ Sanches E Soc. Iesv**

**Sánchez, Tomás**

**Coloniæ Agrippinæ, 1624**

D.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41559**

D  
Debitum.

1 **D**ebitor absque termino non tenetur statim solvere, sed quando est requisitus à creditore, *l. 1. disp. 28. n. 2.*

2 Petere, & reddere debitum coniugale, est ex se licitum, & meritorium, & gratiam ex opere operantis confert, *libr. 9. disp. 1. num. 1, 2, & 3.*

3 Debitum petere propriè loquendo, nunquam est in præcepto; reddere tamen tenetur coniux coniugi, siue expressè, siue tacitè, siue interpretatiue petenti, & coniuges sunt æquales in petendo, & reddendo. Secus dicendum in actu coniugali, vel domestica dispensatione, loquendo de æqualitate quantitatis, & non proportionis. Est autem interpretatiua vxoris petitio, quando vir attentâ eius conditione, vel aliundè, percipit, ipsam concubitus appetere. Vxor tamen licitè potest expectare, petitionem expressam viri, nisi in eo detur idè pudor, vel periculum incontinentiæ, & vir non petit, nec verbis, nec signis, & tunc obligatio non est iustitiæ, sed ex lege charitatis, *lib. 9. d. 2. à n. 1. usque ad 7.* Et hæc obligatio reddendi, & ius ad petendum oritur necessariò ex natura matrimonij, seu vinculi coniugalis; & coniuges tenentur mutuo reddere debitum sub mortali; tamen non semper petitur rãquam debitum, sed tanquam symbolum coniugale amicitiæ, & sicut in alijs excusat paruitas materiam,

teriaz, ita in hoc, v. g. solet vir petere quater in mense, si petat iterum, non peccat mortaliter vxor, illa quintâ vice negando sine periculo incontinentiæ. Idem quando non statim redditur debitum, sed differtur per aliquod breue tempus, vt si coniux neget mane, reddirurus noctè, licet periculum sit pollutionis inuoluntariæ, vbi abest consensus periculum. Secus dicendum, si periculum sit incidendi in morbum grauem. Et quando vir nimius est in petendo; non semper, sed moderatè tenetur reddere; & coniugi remissè petenti debitum, non est mortale negare. Est tamen mortale rarissimè, & magna cum facultate reddere, vel negare, quando iusta & sufficiens causa abest, & scandalum, grauesque discordiæ orientur: & non excusatur eo quòd sit dies sollemnis, aut Eucharistiam recepturus. Tandem etiam est mortale non reddere, quando iusta causa non extat, & coniux petens instat, *l. 9. disp. 2. à n. 8. vsque ad 16.*

4 Reddere debitum ita, vt impediatur generatio, est peccatum mortale contra naturâ, *l. 9. dis. 20. nu. 1.*

5 Vir non potest negare debitum vxori propter dotem non solutam, *libr. 9. disputat. 5. numer. 1.*

6 Vir sanus non tenetur reddere debitum vxori leprosz, aliove morbo contagioso laboranti, cum periculo notabilis infectionis. Item non tenetur, quando ob lepram nimius

horror infurgit. Secus dicendum, quando lepra præcessit matrimonium, ab altero non ignorata, & tenetur cum illo cohabitare. Item leprosus tenetur reddere sano petenti, *lib. 9. d. 24. à n. 14. vsq. ad 23.*

7 Coniux tenetur, & potest reddere debitum cessante proprio periculo, quamuis sobolis leprosa nascituræ periculum subfit, *l. 9. disp. 24. nu. 24. & 25.*

8 Coniux sanus non tenetur cum leproso cohabitare, imminente graui infectionis periculo; secus, si non imminet. Et circa cohabitationem in eadē domo consulendi sunt medici, vt inde obligatio petatur; vel deobligatio. Et casu quo sanus non teneatur habitare in eadem domo, tenetur prope illam esse, & proles apud sanum debet esse, *lib. 9. disp. 24. à n. 26. vsque ad 32.*

9 Coniux non tenetur reddere debitum cum notabili salutis suæ detrimento, v. g. laborans; secus dicendum de dolore capitis, dentis, vel alio simili. Item non tenetur reddere post prandium nuper desumptum, vel in balneis, vel statim à balneis, etiam non semper petenti immoderatè. Tamen immoderatè petere nunquam est lethale, nisi vir aduertens notabile suæ salutis detrimento inde parari, si coeat. Item vxor non tenetur reddere, si vir sit fur incorrigibilis, & est timor damni inferendi vxori. Immo potest aufugere, *lib. 9. disp. 24. à n. 2. vsque ad 7.*

10 Coniux reddendo debitum cum periculo notabili propriæ salutis, peccat mortaliter; & non tenetur, nisi ea copula desideretur ad bonum commune, vt ad pacem regni, vel vniuersi. Item non tenetur, sed potest, quando est graue periculum incontinentiæ in exigente. *l. 9. d. 24. à n. 8. vsq; ad 12.*

11 Abstinere a copula ex communi consensu, ne prolem multiplicent, quam alendo non sunt. nulla est culpa, nisi in altero coniuge sit periculum incontinentiæ. Tamen absque communi consensu non excusat regulariter à debiti petitione, - nolle multiplicare prolem. Secus, si filij sunt multi, & alij non possunt, si deficiat periculum incontinentiæ. Est culpa mortalis negare debitum, ne filius ex maculato sanguine concipiatur, vt à Iudæis, & à Sarcenis. Tamen licitum est negare illud ad vitandum magnum in bonis fortunæ, vel famæ detrimentum, vel ad magnam in illis utilitatem comparandam, *lib. 9. d. 25. à nu. 1. vsq; ad 5.*

12 Incestuosus coniux cum alterius coniugis consanguineo, aut consanguinea, si incestus sit intra vas consummatus, nequit petere, ac teneatur reddere. Idem dicendum, si vxor rem habeat cum consanguineo viri, quâuis non sit consummatum matrimonium, & incestus sit occultus, vel quando non contraxit affinitatē; sed solum cōsensit, & causa fuit, vt alter contraheret. Secus dicendum de cōiuge cognoscenti affini suæ vxoris, vel eā, cum

quar

qua habet impedimentum publicæ honestatis. Priuatur tamen à debiti petitione coniux incestuosus, si eo coniuge mortuo aliud ineat matrimonium: nisi consuetudo sit, vt talis ineat absque dispensatione. Tamē non priuatur à petitione debiti incestuosus cum proprijs consanguineis: scēt, si cum consanguineis vxoris, licēt sit iuuenis, & adsit periculum incontinentiæ, sed erit iusta causa dispensandi. Vnde ex his infertur, si absque dispensatione petat debitum, peccare mortaliter: tamen non priuatur à petitione debiti cognoscens, siue ante, siue post matrimonium consanguineam vxoris vltra secundum gradum, id est, in tertio, vel in quarto, *lib. 9. tota disp. 27.*

13 Vtūm arceantur à petitione ac redditione debiti, coniuges ambo effecti affines per mutuam copulam cum consanguineis alterius? Affirmat Doctor quoad petitionem, siue fraudulenter, siue non, vel si vnus solum contrahat affinitatem cum consensu alterius. Verūm quoad redditionē distinguit, si ex malitia id impedimentum inciderit: affirmat, si nō ex malitia, licēt ex culpa vtriusque, negat, *lib. 9. tota disp. 28.*

14 Contrahens coniux affinitatem cum altero coniuge ante matrimonij consummationē, non tenetur religionē ingredi, sed reddendo potest consummare, *lib. 9. tota disp. 29.*

15 Coniux contrahens incestuosam affinitatem, aut cognationem, vt debiti petitione priuet

priuetur, non desideratur iudicis sententia, aut condemnans, aut saltem crimen declarans, *lib. 9. nota disp. 30.*

16 Fœmina cognita vi præcisâ, à viri consanguineis potest petere debitum: secus dicendum, si leui metu inducta fuit. Itē nec reddere, si interfuit consensus viri, nisi vterque id fecerit in fraudem matrimonij. Item non poterūt, nec reddere, nec petere, licet metus sit grauis, seu cadens in fœminam constantem ab ipso viro illatus, *lib. 9. disp. 31. à n. 1. vsque ad 5.*

17 Coniux factus cognatus, aut affinis alterius coniugis, habens ignorantiam inuincibilem facti, non priuatur petitione debiti. Idē dicendum de habente ignorantiam inuincibilem qualemcumq; & quantumcumq; crassam, dummodò non sit ingens temeritas, vel affectata. Idem dicendum, quando scitur consanguinitas, at ignoratur eam esse intra secundum gradum. Similiter non priuatur habens ignorantiam similem iuris humani prohibentis: secus, si sciat ius prohibens, at pœnâ ignoret punitionis debiti, *lib. 9. disp. 32. à num. 43. vsque ad 50.*

18 Coniux cognoscēs consanguineam sponsæ, vel consanguineum sponsi, priuatur debiti petitione, licet sit ante matrimonij consummationem, *lib. 7. disp. 55. nu. 6.*

19 Debiti petitio impeditur per quodcūque impedimentum dirimens superueniens matrimonio, quando est propria culpa contractum, *lib. 9. disp. 32. nu. 43.*

20 Non

20 Non quoties mortalis est petitio, peccat reddens. Vnde tenetur reddere vxor certa de valore matrimonij, viro petenti affectu fornicario, aut credenti, esse impedimentum irritans matrimonium, sed tenetur coniux exactus, auertere exigentem, præcepto correctionis fraternæ, si non adsit timor odij, indignationis, & incontinentiæ; rarissimè tamen ad hoc obligatur. Itè quando petitio est venialis, non peccat reddens. Item non solum licitè potest reddere, sed tenetur, vbi est mortalis petitio ob circumstantiam solius petentis, vt quia malâ fide petit, aut habet votum castitatis. Tamè non peccat negans, quando ob vitium personale amittit ius exigendi coniux, vt ob adulterium, affinitatem, aut cognationem contractam post matrimonium: & non amittit ius negandi, quamuis coniux sciens, & prudens debitum petat ab incestuoso semel, & sæpè. Non poterit tamen illi negare debitum, si incestuosus impetret dispensationem, siue altero annuente, ignorante, vel inuito, *lib. 9. disp. 6. nu. 4. vsque ad 10.*

21 Coniux non peccat mortaliter reddendo incestuoso petenti ante impetratam dispensationem affinitatis, aut cognationis. Idè de ligato castitatis voto, adultero, aut de prioribus ante consummationem matrimonij. Imo tenebitur reddere, si adest periculum incontinentiæ: peccat tamen reddendo ipse coniux incestuosus, aut ligatus voto, quoties

non



non tenetur ex iustitia reddere, seclusâ compensatione cum adulterio incestuosi, & priori bimestri ante consummatum matrimoniū. Item fœmina, quæ tenetur non reddere, non peccat reddendo ob tuendam pacē matrimonij: quando vir instanter petat. Tamen est mortale reddere, quādo petēs delinquit mortaliter ob aliquam circumstantiam ipsius actus, v.g. petens in loco sacro, publico, aut cum periculo abortus, & c. l. 9, disp. 6. à num. 11. vsq. ad 16.

22 Maritus, cui petere est interdictum, nō tamē reddere, ratione voti, cognationis, affinitatis, potest aliquoties insinuare vxori, & offerre ad vsum conjugālē, petereq; ab ea debitum non in gratiam sui, sed gratiā vxori complacendi, nisi vouisset de vxoris licentiā. Item potest exigere, quando ex signis, aut vxoris conditione coniecit illā appetere, & non petit præ verecundia, secus dicendū de muliere, cui interdictum est petere ratione voti, nisi maritus talis sit, vt more fœminæ non audeat petere. Itē vir sic impeditus sentiēs periculum incontinentiæ in vxore, potest ex gere ab altero, quamuis de licentiā eius vouisset, siue impeditus sit vir, siue fœmina, sed nō potest sic impeditus petere sibi, quoties vehementib. carnis stimulis vrgetur; tamen licitum erit illi manifestare alteri coniugi suum impedimentum, ne eius petitionem expectet; sed non tenetur illi manifestare impedimentū, ne petat.

Item.

Item talis impeditus non potest prouocare nõ impeditum, vt petat, nec etiam non impeditus impeditum. Item coniuges astricti voto castitatis conijcetes mutuam exigendi voluntatem, si eis liceret, possunt licitè copulam habere non petendo. Idem dicendum, quando quilibet sentit alterum indigere copulâ, vel affectare, & petiturum, si posset. Sed quando alter signa petitionis ostēdit, hic peccat, alter verò annuens minimè, *l. 9 d. 7. à n. 1. vsq. ad 11.*

23 Vxor non tenetur reddere debitum viro sacris initiato, & sibi restituto, vel professo, quando professio fuit valida; secus, quando nulla, *l. 7. d. 38. n. 22*

24 Dispensatus absque legitima causa, in voto solemnì ordinis sacri nondum suscepti, potest petere debitum; secus post ordines susceptos, *l. 8. disp. 8. nu. 4.*

25 Coniux se reddens impotentem ex actu copulæ præcedentis, non peccat; secus, si sciens se reddat impotentem medijs illicitis, vt crebrò accedens ad fœminas, vel se polluens. Et vltra peccatum adulterij tenetur fateri, se reddere impotentem. Item peccat se reddens impotentem abstinentijs aduertens; secus, si non aduertat, sed bonâ fide seruans præcepta Ecclesiæ, & alia moderata ex deuotione. Et nunquam vxori consulendæ sunt abstinentiæ, vt deformior reddatur; vir tamen de iustitiæ rigore non tenetur vti calidis, vt potens ad copulam efficiatur, sed de lege charitatis aliquãdo te-

do tenebitur. Item cōiux excusatur à ieiunio Ecclesiæ, quando aliter vxori suæ reddere debitum non potest, non verò, vt fiat potentior, *lib. 9. d. 3. à n. 1. vsque ad 10.*

26 Coniux innocens certus de alterius adulterio, propria autoritate, quamuis adulterium sit occultum, & lis pendens sit, potest negare debitum adultero, *lib. 10. disp. 12. n. 5. & 7.* An verò teneatur tunc lite pendenti præcipiente iudice sub excommunicatione? Affirmat Doctor non teneri ex natura rei obedire at posse teneri ratione scandali vitandi, *ibid. num. 6.*

27 Iudex Ecclesiasticus, imò & secularis, quando non est lis de valore matrimonij, potest compellere ad cohabitandum, & reddendum debitum. Et Ecclesiasticus potest cum censuris, & inuocato secularis auxilio, & procedere contra laicum detinentem vxorem, *l. 9. disp. 4. à n. 6. vsq. ad 8.*

28 Actus coniugalis est licitus causâ proli, aut debitum reddendi, & proles debet referri ad Dei cultum. Si verò intendatur gratiâ habendi successorem, est veniale, & non est necessarium referre actu, sed habitu, nec expressè intendere, sed non excludere. Et quâuis exigens debitum peccet, reddens culpa vacat: & si bono fine cœptum peti & reddi, finisq; variatur in ipso actu extra tempus seminis culpa est. Item quoties finis est mortalis, aut venialis, erit actus coniugalis mortalis,  
aut

aut venialis. Et nunquam est mortalis ratione finis, si finis non sit mortalis. Item in ipso actu excludere prole, v. g. quando minimè concipi optant coniuges, est veniale: licitū tamen est desiderare non habere plures filios ex defectu diuitiarum. Idē quando ponūtur alij fines extranei, & secundarij. Si verò intendatur bonū vtile, vt accedere ad vxorē pretio conductus, est peccatum veniale, si vtilitas illa esset finis principalis. Item est veniale referre actum cōiugalem ad solum bonum sacramenti: & nullum peccatum erit, si referatur, non exclusis alijs finibus boni prolis, aut fidei, *lib. 9. tota disput. 8.*

29 Licitum est petere, vel reddere debitum causa vitandæ fornicationis in se, vel altero, *lib. 9. tota disp. 9.* Itē est licitum petere, aut reddere causa restaurandæ, vel tuendæ salutis corporis, quando aliud remedium aptum non inuenitur; & si inueniatur, est culpa venialis, eodem *lib. tota disp. 10.*

30 Petere debitum, vel reddere causā voluptatis transgredientis fines, & limites matrimonij excedētis, peccatum est mortale. Quando verò non excedit, est veniale, vel quando finis est satiare libidinē. Etiam est veniale calidis vti, & alio medio, vt sæpius coire possit: nulla tamen est culpa acceptare voluptatē oblatam in actu coniugali, nisi nimius excessus procuraretur: tamē alter coniux tenetur reddere debitum petenti, ob voluptatē, *l. 9. tota disp. 11.*

31 Petere, vel reddere debitum variato situ, seruato legitimo vase, non est mortale, sed graue veniale, & nil eorum, quæ coniuges in copula efficiunt seruato legitimo vase, excedit culpam venialē. Item si coniuges conuenirent variato situ, ne ita certa sit proles, nō peccant mortaliter: secus, si animo impediēdi factum, licet concumbēdo his modis non impediat. Item nulla est culpa, quando est iusta causa, v. g. ob pinguedinē viri, vel propter suffocandi prolis periculum. Tandē coniugi exigenti modo indebito quoad sitū, alter non tenetur, nec potest licitē reddere, quando sic concumbere est lethale: secus, si petens est liber culpæ, aut solum veniale est in exigente, *lib. 9 tota disp. 16.*

32 Petere, aut reddere debitum intra vas preposterum, animo ibi consummandi, est sodomia lethalis, peccatumq; contra naturam: & mulier consentiens, peccat mortaliter. Secus, quando vir soleat retrahere mēbrum extra vas tēpore effusionis seminis, & vxor consentiat copulæ: quando vir vult legitimē vxori copulari, quo excitet vel maioris voluptatis acceptandā gratiā, si inchoet copulam cum ea sodomiticā non animo consummandi, nisi intra vas legitimum sine periculo effusionis. extra illud peccat mortaliter. Quando verò verenda viri tangunt solum superficiē vasis preposterī vxoris, aut in eius os intromittuntur sine periculo pollutionis, est peccatum veniale, *l.*

le, l. 9. disp. 17. à nu. 2. usque ad 5.

33 Petere, vel reddere debitum est illicitum, quando desperatum est de potestate seminandi intra vas, siue ex viri imbecillitate, aliove morbo, aut ex superuenienti foeminae arctitudine, & non vult incisionem pati. Tamen liciti sunt tactus, dum abest pollutionis periculum. Item licitum est conari ad seminandum, quando datur probabilis spes seminandi intra vas, quamuis per accidens extra illud effundatur. Item senes impotentes perpetuo seminare intra vas, possunt vti tactibus, si absit periculum pollutionis: fecus de copula cum eo periculo: tamen si sit spes seminandi intra vas, vel si aliquando seminet intra, licet vix, licet bit copula cum periculo effusionis extra, & quando non constat, impotentiam esse perpetuam, & vir sibi persuadeat, potest accedere ad uxorem, & potest petere, & reddere tenetur: licet foemina semen receptum non possit retinere, nec sit spes retinendi, & continuo ac semper expellat. Item solum licet conari ad copulam, & experiri, vbi dubium est de praedicta impotentia, dum est probabilis spes seminandi intra vas naturale, lib. 9. disp. 17. num. 20. usque ad 26.

34 Vir factus eunuchus, vel valde senex coire potens, seminare vero minime, potest petere & reddere debitum. Item licet petere, & reddere, quando foemina non potest prolem viuam edere, vel cum graui periculo vitae,  
sed

sed illa non tenebitur reddere. Non tamen licet petere, nec reddere, quando mulier est certa de impotentia, eò quod transactum est triēnium, & non potest probari, *lib. 7. disput. 102. à nu. 6. vsque ad 12.*

35 Consulendum est, vt caretur simultanea feminis effusio, etiam se prouocando tactibus ante concubitum, non est tamen necessaria ad generandum: multum tamen confert, vt facilius generetur. Vnde vir non tenetur expectare fœminæ effusionem, & non peccat se ad prius seminandum prouocans, sed potest, vbi semen effundit, copulam continuare, donec fœmina seminet. Item licet fœminæ, virili iâ membro extracto, tactibus se excitare donec seminet; & erit culpa venialis extra vas effundere aliquam paruum distillationem, & nulla erit, si vir præter intentionem effundat ex festinatione, *lib. 9. disputat. 17. à num. 7. vsque ad 14.*

36 Vir retrahens se ante feminis proprii emissionem, peccat venialiter, non existēte iustâ causa, si nondum vxor seminarit, nec seminandi in ipsa, vel in illo extra vas periculum subit; peccatum verò erit mortale, si detur tale periculum. Item fœminâ seminante, maritus, datâ operâ, ante proprii feminis emissionem à copula desistens, peccat venialiter, & e contra desistens mulier, seminante viro; & nullum peccatum erit, si post seminationem fœminæ ante suam, desistat aduertens periculum

lum vitæ sibi eminens, si seminet, vt si fera, aut hostis veniret, etiã cum periculo extra vas effundendi. Tamen in coitu fornicatio, postquam fœmina seminauit, aut est in seminandi periculo inuitabili, non solum non tenetur seminare, sed seminando nouam committit culpam. Item eunuchus non emittens aptū semen ad generationem, fornicando peccat duplex peccatum, alterum fornicationis, alterum contra naturam. Item maritus, vxore dissentiente, non seminans, peccat crimen iniustitiæ lethale. *lib. 9 disputat. 19. à num. 3. vsque ad 9.*

37 Debitum exigere tempore menstrui in nullo euentu excedit culpam venialē. Et nulla erit, si exigat ad vitandum in se, vel in alio fornicationē, vel si vir fluxū seminis patiat. Et vxor tenetur reddere debitum tempore menstrui dempto vno casu, v. g. si cōiuges probabiliter existiment, monstrum ex eo concubitu gignendum, *lib. 9. tota disp. 21.*

38 Petere & reddere debitum tempore pręgnationis, est peccatum mortale, si periculum abortus sit, & sine tali periculo, nec est veniale petere, & sub pręcepto est reddere. Idem dicendum de tempore proximo post partum, in quo durat illa immunditia corporalis. Et idem de tempore, quo mater sobolem lactat. Excusabitur tamen, si ita sit pauper, vt non sit soluendo nutrici lactaturæ, eò quòd exsiccantur ybera, vel quando lac est perniciosum proli, vir



vir tamen non condemnatur exigens, *libr. 9.*  
*nota disp. 22.*

39 Coniux non excommunicatus potest petere debitum ab excommunicato, & excommunicatus tenetur reddere, & potest etiã petere, & non excommunicatus tenetur illi reddere. Idem dicendum, quando vterque est excommunicatus, *l. 9. disp. 14. à n. 18. vsque ad 22.*

40 Petere debitum & reddere in loco publico coram alijs, est peccatum mortale, & tactus redduntur illiciti, & qualitas culpe pefanda est ex actuum qualitate, & astantium fragilitate, *lib. 9. disp. 15. n. 1. & 2.*

41 Petere, vel reddere debitum in loco sacro extra necessitatis casum, est peccatũ mortale sacrilegij, & locus manet pollutus. Secus dicendum, quando diu sunt in Ecclesia, vt vno mense, & petunt, & reddunt ad euitandam incontinentiam. Et desideria in Ecclesia extra necessitatẽ sine intẽtione consummandi intra illam, sed extra, non sunt sacrilega, nec aspectus, nutus, verba inhonesta, nec tactus quantumcumque turpes absque periculo pollutionis, etiam inter solutos, *lib. 9. disput. 5. à nu. 3. vsque ad 21.* Et nomine loci sacri ad hunc effectũ intelligitur sola Ecclesia cõsecrata, aut benedicta deputata ad diuina, aut ad fidelium sepulturam, à tecto interiori vsq; ad pavementũ, & a summa ara vsque ad parietem oppositum. Vnde non est sacrilegium, si copula habeatur supra Ecclesiæ tectũ; vel ibi interficiatur, nisi

quod est supra Ecclesie tectum, sit capella eiusdem Ecclesie, ad quam patet aditus ad ipsam Ecclesiam. Idem si habeatur extra parietes Ecclesie, nisi sit illa pars parietum exterior cœmeterium. Item non reputatur locus sacer, locus sub Ecclesia constitutus; ut si ibi sit cella, cauerna, aut spelunca, nisi sit fornix, quæ appellatur sepultura concaua. Idem dicendum de porta Ecclesie, & de cameris Ecclesie inherentes, de turre, & sacristia. Tamen veniunt nomine Ecclesie, propilæa circumducta intrinsecus per templi summitatem ad puluerem tecto excutiendum. Item chorus, locus organorum, & locus deputatus ad confessiones mulierum intra Ecclesie parietis concauum ex parte mulierum, non ex parte confessoris. Sed non venit nomine Ecclesie Camera instar Odæi, vulgo (tribuna.) Secus dicendum de Ecclesia ab Episcopo benedicta, cœptaque ipsius auctoritate ædificari, vel destructa auctoritate Episcopi, ut reædificetur. Secus, si sine eius auctoritate, & non sit spes reædificationis. Item comprehenditur nomine Ecclesie, si laxetur Ecclesia parte aliquâ sibi additâ, aut capellâ, licet non benedicatur. Secus dicendum de oratorijs priuatis. Item venit nomine Ecclesie, Ecclesia heremitarum auctoritate Episcopi erecta, & præsumitur talis, quando symbolum est supra tectum erectum, & pulsatur publicè, & celebratur Missa indifferenter omnibus per decennium. Item cœmeterium  
beae.

benedictum ab Episcopo, & claustra religio-  
 forum, si benedicta, aut deputata sint ad sepe-  
 liendum; secus dicendum de alijs habitaculis  
 illorum, licet Prior conuentus benedicat om-  
 nibus noctibus dormitorium, & aspergat a-  
 qua lustrali, & sit ibi altare constitutum ad ce-  
 lebrandum. Idem dicendum de loco profano,  
 in quo est sepultus aliquis, attento iure cano-  
 nico; secus, attento iure ciuili, *lib. 9. disp. 15. à*  
*nu. 23. vsque ad 43.*

42 Pactum iuramento firmatum, & inritum  
 mutuo consensu coniugum de non petendo,  
 & reddendo debitum, possunt ambo mutuo  
 consensu illud remittere, si fuit factum in eo-  
 rum fauorem; secus, si intuitu pietatis, vt con-  
 tinentiam ad Dei cultum obseruarent, *libr. 6.*  
*disp. 37. nu. 20.*

43 Petere, vel reddere debitum tempore  
 feriarum, nulla est culpa; nec prohibitio talis  
 inuenitur, *lib. 7. disp. 7. à nu. 21. vsque ad 23.*  
 Nisi fiat in contemptum. Dicitur autem con-  
 temptus, quando operas vult contradicere le-  
 gi, vel non vult illi se subijcere. Idem quando  
 dicit, non abstinere modo, licet Deus præce-  
 pisset, vel si parui pēdat festū, quod nō accidit,  
 nisi in hæretico, vel infideli, *l. 9. tota disp. 12.*

44 Petere, vel reddere debitum die, quā cō-  
 municaturus est, indecens est, sed caret omni  
 culpā, si petatur ratione proles; licet in actu ve-  
 nialia misceantur. Item ratione vitandæ for-  
 nicationis, licet sit venialis culpa, ratione vo-

lupratis. Nisi sit magna festi solēnitas, v. g. dies  
iubilēi, specialis deuotio, vel nota aliqua ex o-  
missione cōmunionis. Et coniux non excusa-  
tur à redditione debiti; nec tenetur illā die sub-  
ueniali abstinere à cōmunionē: & vt decēter  
ad Eucharistiā accedatur post coitū cōiugalē,  
non est opus intercedere tridum, aut am-  
plius, sed mora debet esse, dum illa mentis e-  
uagatio perseuerat. Item petere, vel reddere  
post Eucharistiā, nec venialis culpa est, quā-  
uis sit cōsiliū ab illā abstinere, *libr. 9. tota  
disput. 13.*

*Declaratoria litera.*

I Pius Quintus in motu quodam proprio  
edito anno 1566. die 26. Augusti incipienti,  
Sanctissimus; declarauit, non esse necessariam  
gradus propinquioris mentionem, sed suffice-  
re remotioris, obtentis tamē postea literis de-  
claratorijs super, propinquiori. Et de solis gra-  
dibus cōsanguinitatis, & affinitatis loquitur,  
dēpto semper primo. Quæ literæ declaratoriæ  
petuntur in solo foro externo, vt caueatur scan-  
dalū; remoto illo, nō sunt necessariae, nec ob-  
ligatoriæ; & matrimoniū in itū virtute dispen-  
sationis solum exprimentis remotiorem gra-  
dū, illis non obtentis, validū manet: quamuis  
Ordinarius ab uterīs dispenset, non allatis illis.  
Et quādo peritur dispensatio, pro foro cōsciē-  
tiæ, affinitatis ex copulā fornicariā occulta,  
non sunt necessariae, dummodò propinquior  
non sit primus gradus, *lib. 8. disp. 24. à num. 23.  
vsque ad 33.*

*Dele.*

## Delectatio.

1. Si coniux delectetur in actu coniugali in alterius viri, aut foeminae cogitatione, carnaliter dilectorum, peccat mortaliter. Secus licendum, si sit delectatio in sola pulchritudine viri, aut foeminae, vt ad actum coniugalem excitetur, *lib. 9. disp. 17. nu. 6.*

2. Delectatio venerea, seu libidinosa dicitur illa, quae in ipsa carne sentitur cum comotione spirituum subseruientium generationi circa partes libidinosas, ad differentiam eius, qua placet tactus, visus proprii corporis, seu alieni, *lib. 9. disp. 46. nu. 5.*

3. Coniuges possunt sine peccato mortali delectari morose, secluso pollutionis periculo, in copula cogitata tanquam praesenti, dum absentes sunt, aut eo tempore, vel in loco, in quo copulam exercere non possunt, quamuis ex illa delectatione consurgat membri comotio, tamen committunt solum peccatum veniale. *lib. 9. disp. 44. an. 2. vsque ad 5.* Et peccabunt mortaliter prauiiso periculo pollutionis. Secus si prauiisa distillatione, *lib. 9. disp. 45. n. 40. et 42.*

4. Licita est conjugalis delectatio morosa, quando copula est illicita ratione salutis, abortus et periculo, remoto pollutionis periculo, vel ratione impotetiae superuenientis matrimonio, vel ratione affinitatis contractae ab vno, vel utroque coniuge respectu alterius. Secus dicendum, si debiti petitio sit interdicta ratione dubij de valore matrimonij, vel ratione voti. Tamen

erit licita delectatio, si alter, vel vterque coniux vouisset solum se non petiturum debitum, *lib. 9. disp. 44. à nu. 19. vsque ad 27.*

§ Liciti sunt omnes actus voluntatis, ut delectationis gaudij, & desiderij circa copulam futuram, vel præteritam habitam, vel habendam tempore cõiugij. Tamen est illicita delectatio sensitiua de copula habenda tempore cõiugij, vel de copula cogitata sub cõditione, si adesset matrimonium. Licita tamẽ est delectatio appetitus sensitiui ex tactibus, aspectibus, & verbis cogitatis ab spõsis de futuro cõfurgens in casu, quo licita eis sunt, remoto periculo pollutionis; sed vidui peccant mortaliter, admittentes delectationem veneream, & sensitiuam ortam ex copulæ habitæ, tempore matrimonij, cogitatione, *lib. 9. tota dup. 47.*

*Delegata potestas.*

1 Ordinarius potest delegare, non autẽ delegatus, nisi Principis supremi. Item delegatus ad vniuersitatem causarum reputatur ordinarius, & potest subdelegare vnam, & alteram causam, *li. 3. disp. 31. n. 2. & 3.* Ille autem dicitur delegatus ad vniuersitatem causarum, cui genus causarum cõmittitur sub vno nomine collectiuo, quamuis non sit generalissimum, sed subalternum, licet sit restrictum quoad tẽpus, quantitatem, vel quoad locum, *ib. n. 4.* Item delegatus inferioris Principis non ad vniuersitatem causarum potest subdelegare ex licentiã tacita, vel expresse, *n. 6. 7.* Et non potest Ordinar-

rius

nus dare licentiam subdelegandi nomine ipsius delegati, *nu.* 8. Item delegatus inferioris Principis ad vnam causam non potest totam illam subdelegare, nec articulum, iurisdictionem continentem: potest tamen, qui nudi ministerij est, *num.* 10. Item nullus delegatus etiã Principis potest subdelegare cum facultate subdelegandi, *n.* 9. Item Ordinarius nõ potest totã iurisdictionem, inconsulto Principe, delegare. Item parochus in perpetuum, inconsulto Episcopo, nisi ad breue tempus, v. g. per duos menses, vel tres ex aliqua iusta causa, *ibi. num.* 11.

2 Parochus proprietarius potest delegare alteri sacerdoti licentiam assistendi matrimonio cum facultate subdelegandi, *li.* 3. *disp.* 31. *n.* 12. Item non proprietarij possunt delegare assistentiam matrimonij alteri, licet sit ad breue tempus, *num.* 13. & 14. Tamen hi non possunt delegare totam curam, sed aliquas causas, nisi sit consuetudo in contrarium. Item non possunt delegare cum facultate subdelegandi, *num.* 15. & 17. Potest tamen parochus dicere: Ex nunc ego do facultatẽ assistendi matrimonio sacerdoti, quem tu designaueris, *nu.* 18.

3 Parochus præsens assumens Vicarium, vt illum adiuuet, hic Vicarius non potest delegare. Item Episcopus committens, aut eius generalis Vicarius, sacerdoti, vt recipiat informationẽ, ac testes ad aliquorum habilitatem, & informatione receptã assistat matrimonio,

G s

hic

Hic delegatus nō potest subdelegare informationē, assistentiā verō maxime. Itē delegatus ad assistendum alicui matrimonio à parochio perpetuo, nō potest subdelegare, nisi Principis supremi delegatus sit. Secus, si sit delegatus ad assistendum omnibus matrimonijs parochia, licet limitetur tempus, *lib. 3. disput. 31. num. 19. 20. & 21.*

4 Potestas delegata est odiosa, & non est extendenda de casu expresso ad non expressum, *l. 3. disp. 35. nu. 9.*

5 Iurisdictio voluntaria delegata potest extra territorium exerceri. Vnde non solum Parochus, sed sacerdos delegatus ab illo, valide assistet extra parochiam, licet dicat, Vade domum Mariæ, & assiste ibi matrimonio, licet domus sit intra parochiam, vel si dicat, Coniuge Petrum & Mariam in mea Ecclesia, & similia, *lib. 30. tota disp. 34.*

6 Reuocatio delegati, necessarium est, vt sit illi intimata ab Episcopo per Nuntiū ad id destinatum, vel epistolam. Et non sufficit quęcunque notitia reuocationis, *l. 3. disp. 30. n. 13.*

7 Officialis Episcopi, cui delegatur dispensatio in impedimētis matrimonij, potest subdelegare informationem, & receptionem testium, non verō ipsam dispensationem, *lib. 8. disp. 27. nu. 43.*

8 Quando cōmittitur aliquid in Trid, vel alibi Episcopis tanquā Sedi Apostolicę delegatus, vel quando dicit Pontifex, *Authoritate nostrā*



nostrâ hoc fac, est potestas delegata, nisi aliâs  
comperat illis de iure ordinario, *libr. 8. disp. 2. n.*  
*num. 10.*

9. Delegata potestas potest reuocari à su-  
periore absqua causa, solo suo arbitrio, non  
solum validè, sed etiam iustè, & licitè per se  
loquendo, *l. 8. disp. 33. nu. 7.*

10. Potestas delegata potest committi ex-  
presso nomine solo proprio delegati, aut solo  
nomine dignitatis, aut vtroq;. Et si fuerit cõ-  
missa personæ, cessat morte delegati; secus, si  
dignitati. Et an cõmissio facta sit personæ, vel  
dignitati, iudicandũ est ex subiecta materia,  
& alijs verbis, & si deduci nequeat, tunc ex  
proprij nominis delegati, aut eius dignitatis  
expressione. Et in dubio vtraque concurrens,  
v.g. personalis, & realis, præfertur personalis.  
Et commissio facta personæ non trãsit ad suc-  
cessorẽ, facta verò dignitati trãsit, vt facta Vi-  
cario Episcopi. Secus dicendum de commissio-  
ne facta legato etiam à latere sub nomine di-  
gnitatis, vel facta Canonico. Itẽ illa dignitas  
propriè habet successorẽ, quæ perpetuò exigi-  
tur in Ecclesia. Item commissio transit ad suc-  
cessorem, licet non contineat iurisdictionem,  
& licet ille, cui commissio fit, nomine digni-  
tatis sit coniunctus sanguine, aut stricto ami-  
citiæ vinculo cum delegante, *lib. 8. disp. 27. à n.*  
*1. vsque ad 15.*

11. Commissio facta expresso nomine dig-  
nitatis, & personæ simul, cõsuetur personalis, &

non transit ad successorem, nisi commissio secundum alterum intellectum reddatur omnino inutilis, *lib. 8. disp. 27. à n. 17. vsque ad 21.*

12 Commissio personæ facta non expirat cū eius dignitate. Secus, si sit realis, licet non deponatur, sed transferat se ad aliam non continentem primam, & quāuis res non sit integra, Et personalis commissio cessat cessante personæ dignitate re integra, licet persona delegati sit priuata officio, vel dignitate in delicti pœnam: vel quando transit ad statum incompatibleem, *lib. 8. disputat. 27. à num. 22. vsque ad 28.*

13 Officialis Episcopi dicitur Vicarius generalis, & commissio illi facta non potest expediri per Episcopum, etiā remoto illo. Et si sit factus Episcopus eiusdē Episcopatus, non potest expediri commissio facta illi forma ordinaria, dicendo, officiali talis diœcesis. Si verò fuerit commissio personalis, poterit. Item Vicarius Capituli Sede vacanti, potest expedire dispensationes commissas Officiali, licet clausula dicat Vicario Episcopi. Item Vicarij prælati habent iurisdictionem qualē Episcopalem. Item Vicarius Episcopi confirmati, & nondū cōsecrati; & si duo sint Officiales Episcopi, & delegatio fiat simpliciter Officiali, & alter ex illis sit principalior, illi soli cēsetur commissio facta. Quādo verò est æquē vterque principalis, iudex erit, quē elegerit actor, vel cui primò fuerint litteræ præsentatæ. Et si fuerint

int simul vtrique presentata, neuter effectu  
est iudex, donec Princeps declaret. Et vbi  
presentatum est cuidam rescriptum ex a qua-  
libus Episcopi, non potest alter adiri. Et post-  
quam pronunciauit rescriptum esse subrepti-  
tium, non potest retractare sententiam, l. 8. dis-  
27. an. 29. usque ad 39.

14 Litteræ dimanantes à Sede Apostolica,  
aut sunt iustitiæ, & tunc pereunt morte con-  
cedentis re integra: secus, si non integra. Dici-  
tur autem res non integra, quando iudex ius-  
sit legitime partes citare. Aut litteræ sunt gra-  
tiæ, & tunc sic distinguendum est: Aut ea gra-  
tia cum limitatione conceditur, aut absolute.  
Si cum limitatione, aut ad beneplacitum, &  
voluntatem personæ concedentis, tunc cessat  
concedentis morte, quamuis res non sit inte-  
gra: secus, si concedens dicat, donec reuoca-  
uero, vel talem rem fecero; si enim ante mortem  
non reuocet concedens, vel non faciat illam  
rem, gratia est perpetua; atque eadem perpe-  
tuitate gaudebit, si ad beneplacitum Sedis cō-  
cessa sit. Quod si absolute concedatur gratia,  
aut est facta, quia nempe respectu eius fauor  
conceditur, à nullius executione pendet, aut  
pēdet ab executione commissarij. necessarij,  
vt pote cui imponitur præceptum exequendi,  
vt contingit in dispensationibus matrimonia-  
libus, & non petit gratia morte concedentis,  
quantumuis res sit integra. Aut est gratia fa-  
cienda, quæ scilicet respectu eius, cui sit, non  
est

est perfectè concessa; sed pender ab executione commissarij voluntarij, vtpotè cui non præcipitur exequi, sed sola exequendæ gratiæ licentia datur, & petit morte concedentis re integrâ, secùs non integra. Dicitur autem res integra in his rebus, in quibus non est citatio partis, quando commissarius primum actû exerceere cœpit correspondentem citationi partis in iurisdictione contentiosa, vt si cœpit vocare partem ad cognoscendum de precum veritate, *lib. 8. tota disp. 28.*

13 Non est necessaria scriptura ad substantiam gratiæ, Nec gratia expirat mortuo Pontifice ante literas expeditas. Et fas est in foro conscientiæ eâ, vti ante expeditas literas. Et potest solui & recipi pensio literis non expeditis. Et quamuis ita conuentû sit inter partes, tenetur soluere ille, qui ita conuenit in primis sex mensib. transactis aut illis, recipiens, & soluens incurrit excommunicationem reseruatâ Summo Pontifici per motum proprium, Pij Quinti, & non potest pensio recipi, nec solui, non confectis literis. Item gratia continens iurisdictionem, vel aliquid faciendum, vt ad restandum, valet ante literas expeditas moriente concedente. Sed dispensatio non suffragatur in foro externo, literis non expeditis, & quando expediuntur, suffragatur à tēpore concessionis gratiæ, etiamsi mortuo Papâ, qui eâ concessit expediantur literæ nomine sequētis in forma, (quia rationi congruit) tamen literæ

cedentes iurisdictionem iudici, qui per eas deputatur, requirunt necessariò ante iudicij initium eas expeditas esse, ita vt si incipiatur iudicium antea, nihil valeat, *l. 8. tota d. 29.* Vtrù autem requiratur semper scriptura ad probationē gratiæ, non resoluit Doctor, *ib. nu. 8.*

16 Potestas delegata ad dispensandum in votis, vel iuramentis Deo factis, nō exteditur ad cōmutandum. Item potestas ad dispensanda, vel commutanda vota, non extenditur ad iuramenta, quando iuramentum est independenter à voto: secus, si est in confirmationem voti: Tamen potestas ad dispensandū, vel relaxandum iuramenta soli Deo facta extenditur ad vota, *l. 8. disp. 3. à n. 14. vsque ad 23.*

*Demonstratio.*

1 Demonstratio, v. g. (accipio te quæ, vel quia es sterilis, vel quia procuras venena sterilitatis) per se sumpta nunquā suspendit, nec vitiat matrimonium cuiuscunq; sit qualitaris, siue sit turpis, siue contraria substantiæ matrimonij, siue vera, siue falsa sit, habetur pro non adiecta, ac firmum manet matrimonij. Secus dicendum, quando apponitur per modum cōditionis; tunc enim si fuerit turpis, reijcitur: honesta suspendit, si contraria substantiæ matrimonij, irritat, & si apponatur vt modus si sit contrarius substantiæ matrimonij, irritat, si impossibilis, vel turpis, reijcitur; si necessarius, habetur pro impleto, & si est honestus, & possibilis, non suspendit, *l. 5. d. 19. à n. 1. vsque ad 16.*

De

## Denunciatio.

1 Denunciare impedimenta matrimonij occulta tenetur, qui ea nouit, & correctio pretermittenda, si probabilis extat spes, vt profit. Non tamen tenebitur denunciare, si timeat probabiliter magnum scandalum. Tenebitur tamē, quamuis receperit impedimentum sub secreto, & confessionis secreto, cum tamen non sit vera confessio. Item tenetur, si audiuit à persona digna, ea non denunciante antea: secus, si non est fide digna, leuisque reputaretur eius dicto denuntians, & si audiuit, & non meminit à quo audiuit, vel audiuit à persona nihil certum scienti. Consulendum est tamen huic audienti à non fide dignis personis, vt faciat illas restificari, quando impedimentum non est infamatorium. Item non tenetur denunciare, si nouit, contrahentes impetrasse dispensationem occultam pro conscientie foro, cum sit impedimentum occultum, *lib. 3. rota d. sp. 13.*

2 Denuntiationes non sunt de matrimonij essentia: sunt tamen de præcepto obliganti ad mortale eas omittere, vel non facere eas in vtriusque parochia. Secus dicendum, si omitteretur vna ex tribus, quando moraliter creditur, nullum esse impedimentum, vel quando non sunt continuæ, & magnum non intercedit spatium inter vnam, & alteram, *lib. 3. tota disputat. 5.*

3 Denuntiationes debent fieri in vtriusque paro-

parochia contrahentis à proprio parochio, vel alio de eius licentia, & debent fieri in parochia, vbi diutius habitârunt. Non tamen faciendâ, vbi est moderna habitatio: nec vbi est antiqua, si consanguinei contrahentium ibi non sunt, sed tunc debent fieri vbi sunt. Et debent fieri tribus diebus continuis festiuis, & nō debēt immediatē se subsequi, & si sola vna præmittatur, non debet statim matrimonium celebrari, & debent fieri inter missarum solēnia. Tamen sufficit, vt fiant in locis publicis competentibus. Idem dicendum, quamuis nō sit dies festiuus, & aliqua ex causa est magnus concursus populi ad Ecclesiam, *lib. 3. tota disput. 6.*

4 Denuntiationes repetendæ sunt, quando factis matrimonium differtur, vel matrimonium, in quo sunt factæ, fuit irritum, sed instauratur in foro externo, nisi paulo ante præmissæ essent, *l. 8. d. 35. n. 20.*

*Dignitas.*

1 Vicarius capituli, sede vacante, habet dignitatem requisitam, vt possit esse delegatus Pontificis. Item Vicarius Episcopi confirmati, & nondum consecrati. Item Vicarius Prælatorum habentium iurisdictionem quasi Episcopalem in sua diœcesi nulli Episcopo subdita, *l. 8. d. 27. à nu. 32. vsque ad 35.*

*Dispensatio.*

1 Habens priuilegium dispensandi in casibus Episcopi, non potest dispensare, quando  
Epif-

Episcopo conceduntur ratione solius necessitatis, *l. 2. disp. 40. nu. 9.*

2 Vicarius generalis Episcopi in matrimonij impedimento non potest dispensare, nec in alijs, in quibus potest Episcopus, nisi specialiter committantur, *l. 2. disp. 40. n. 12.*

3 Episcopi non poterant, attento iure antiquo, dispensare in denunciationib. matrimonij, sed solum consuetudine scitâ & toleratâ hodie tamen per Conc. Trid. possunt non solum illi, sed etiam Abbates habentes iurisdictionem quasi Episcopalem. Et non solum dispensare, sed etiam abbreviare tempus, vel prolongare denuntiationes ex iusta causa. Item dispensare, ne fiant diebus festiuis, sed ferialibus. Item Prælati alterius contrahentis potest cum utroque dispensare. Item Vicarij sancti Ioannis. Secus dicendum de Vicarijs foraneis, & de parochis. Item non solum Episcopus, sed etiam Vicarius possunt delegare hanc facultatem, *l. 3. tota disp. 7.*

4 Dispensatio in matrimonij denuntiationibus, exigit iustam causam sub mortali. Sufficit tamen cognitio causæ extraiudicialis sine figura iudicij, & testibus non iurantibus. Et dispensatio potest fieri extra diœcesim, quâuis lite subortâ circa illam, ea cognitio causæ debeat fieri intra, *lib. 3. tota disp. 8.*

5 Episcopus negans dispensationem in denuntiationibus, existente causa iustâ, quandoque peccat, quandoque autem minime, tamē

scilicet



teneretur, quando scandalum sequitur, vel datur suspicio malitiosi impedimenti, vel expedit valdè ad bonum animæ, aut corporis. Secus quando nullum publicum, aut priuatum notabile damnum sequitur. Item quando adest causa, potest Episcopus ponere aliquam multam pecuniariam, non ob dispensationem, sed in delicti pœnitentiam, & existente iusta causa non datur appellatio quoad effectum suspensiuum: sed solum deuolutiuum, vt compellat superior inferiorem dispensare. Et in isto casu tenetur superior dispensare, vel cogere inferiorem, vt dispenset. Quando autem dispensatio non erat debita, sed gratuita, verbi gratia, quia non tenebatur, non datur appellatio: potest tamen implorare officium superioris, vt ex officio, & misericordia dispenset, non verò de rigore iuris. Item quando ius ex aliqua causa præcipit dispensationem, tunc si nolit iudex, potest appellari, quoad effectum deuolutiuum, & suspensiuum, & actionem habet, vt secum dispensetur ex præcepto legis. Item quoties Episcopus tenetur dispensare, & non potest haberi copia illius, vt dispenset, vel deneget, potest omissis denuntiationibus contrahi matrimonium. Idem dicendum, quando quis tenetur cū aliqua contrahere, & diu distulit, timeturq; si modò absoluatur, fore, vt non contrahat, & cōfectio instat, v.g. quia est proximus mortui. Secus dicēdū, quādo cōcurrūt aliæ  
causæ

causæ iustæ, sed Episcopus non tenetur dispensare, licet possit. Item parochus omissis denuntiationibus, assistens matrimonio mortis sibi comminatæ timore, non peccat, nisi fiat in contemptum, *lib. 3. tota disp. 10.*

6 Is, cuius culpâ euenit impedimentum sponſalia perficiantur, tenetur dispensationem procurare, v. g. si fœmina sit deflorata, vel patiatur magnum famæ detrimentum, n̄ ducatur in uxorem. Et idem, quando cessantibus his, potest facillè impetrari dispensatio: secus, quando nec hæc concurrunt, & dispensatio eget magnis expensis, & magnâ morâ, *lib. 1. di. 56 nu. 4.*

7 Dispensatio sæpè continet aliquid iure communi non prohibitum ad placandas conscientias, maximè quando stando in iure communi dubiæ erant, vt passim in bullis circa oua, & similia, *l. 2. d. 37. nu. 15.*

8 Ineuntes matrimonium inualidum ignoranter, omissis denuntiationibus non solum, quando fuit impedimentum consanguinitatis, sed quoduis aliud, carent spe dispensationis, quando impedimentum est tale, vt denuntiationes præmissæ conferre possent ad illud detegendum, *lib. 3. disp. 42. nu. 7. & disp. 45. nu. 2.*

9 Dispensatio est aded strictè interpretanda, vt si aliquid operetur, extendenda amplius non sit. In aliquibus tamen casibus non strictè interpretanda, i. Quando dispensatio est concessa

cessa proprio motu ob publicam vtilitatem; quod intellige, quatenus propria verborum significatio patitur. 2. Quando est iuris corpore clausa. 3. Quando versatur circa iuris communis materiam, iuxta illud intelligenda est. 4. Quando est in priuato statuto, aut consuetudine populi, quæ erant iuri communi contrariæ. 5. Quando concessa est toti religioni in perpetuum. 6. Quando est debita, id quod Princeps ob causam occurrentem teneatur dispensare. 7. Quando extenditur ad necessarium, & inseparabiliter connexa. 8. Quando fit à legislatore, & non ab inferiori. Vltimus est. Quando dispensatio est in causa matrimonij: nisi sequatur scandalum ex larga interpretatione. Et generaliter, quoties constat de concedentis intentione dispensatio, extenditur ad id, quod concedens intendit, *lib. 8. d. 1. nu. 3. vsq. ad 30.*

10 Potestas dispensandi circa beneficia concessa Episcopo, non est restringenda solum ad beneficia simplicia, *l. 8. d. 2. n. 8.*

11 Potestas dispensandi est latè interpretanda, vt fauorabilis, quamuis ipsa sit odiosa. Extenditur tamen solum ad casus quoquo modo adaptabiles casibus in potestate expressis. Item est latè interpretanda, quando solum agitur de solo præiudicio ipsius concedentis facultatem. Secus, quando vergit in tertij præiudicium, vel consuetudine inducta sit certa interpretatio in ea materia. Nec facultas dispensandi

pensandi absolute concessa extenditur ad dispensandum in iure naturali, vel diuino, quando id tale est, vt specialissimè reseruetur Summo Pontifici, Secus, si non est ita strictè Item interpretabitur latè, quando ea conceditur ad petitionem, & fauorem ipsius dispensaturi, cum personis non expressis; secus, si ad petitionem talium personarum expressarum, *lib. 8. disput. 2. à num. 1. vsque ad 6.* Item quando est dubium, vtrum dispensatio extendatur ad aliquem casum, interpretandum est eam nò extendi. Secus, si fuerit dubium, an potestas dispensandi extendatur, vt virtute illius possit dispensari, *ibid. nu. 9.* Item potestas dispensandi concessa in Trident. *Sess. 24.* Episcopis, non est odiosa, & competit Abbatibus, & alijs Prælati habentibus iurisdictionem quasi Episcopalem, *ib. nu. 12.*

12 Potestas dispensandi in quodam casu, eo tacito, timore ne facultas denegetur, est subreptitia, quando petens scit, prælatū esse in contraria voluntate habituali, quia in similib. nūquam vult dispensare, vel quando opinatur se non posse: secus quando non adest hæc voluntas habitualis, vel opinio contraria, *l. 8. di. 21. num. 24.*

13 Potestas dispensandi in aliquo gradu, extenditur ad gradum ex vtroque latere. Secus dicendum, quando adiūctus est alius gradus etiam inferior, vt si contrahentes sint cōiuncti in secundo, & tertio gradu, & potestas sit ad

fit ad solum secundum, *l. 8. d. 24. n. 9. & 10.* Itē potestas dispensandi in gradu consanguinitatis, non extenditur ad eundem affinitatis, *ib. nu. 19.* Tamen potestas dispensandi in affinitate includit potestatem dispensandi in publica honestate simul concurrenti, licet sit ex matrimonio rato, *ibi nu. 41.* Item potens dispensare in aliquo gradu, potest in eo dispensare, quamuis sit mixtus ex alio propinquiori, nisi alter eorum distet à stirpe in primo gradu, *ib. nu. 34.*

14 Papa potest dispensare non solum in iure diuino, & naturali pendenti, ab humana voluntate, vt in voto, sed etiam in iure diuino absoluto, aliquando in casu aliquo speciali, ex causa urgente, non in vniuersum id ius, in quo dispensat, abrogando, sed eius obligationem verè tollendo per veram dispensationem, *li. 8. d. 6. à nu. 1. vsque ad 6.*

15 Papa potest dispensare cum legitima causa, vt sacris initiati vxores ducant, tamen si absque causa, peccabit grauissimè; sed tenebit matrimonium. Item potest dispensare in voto solemnī religiosorum, existente iustā causa; Et illa deficiente, non valebit matrimonium: & sic dispensatus vbi dimittit habitum, non tenetur officium diuinum. *libr. 8. disputat. 8. numer. 1. vsque ad 11.* Vtrum Pontifex possit dispensare vt matrimoniū monachi ad tempus duret, & nempe donec habeat prolem, & statim ad religionem redeat? Negat

gat

gat Doctor; potest tamen Papa itacum monacho dispensare, vt si habitâ prole vxor liberè consentiat, vel causam diuorrij perpetuam dederit per fornicationem, teneatur ad religionem redire, *ibid. nu. 9.*

16 Papa non potest dispensare in impedimenti iure diuino, & naturali dirimentibus matrimonium, v.g. in primo gradu ascendentium, vt inter parentes, & filios, & in primo lineæ transuersæ, vt inter fratres, & sorores: tamen in alijs omnibus potest ille solus. Vnde nec legatus à latere potest in eis dispensare, nisi in speciali casu cum necessitate, sine aditu ad Pontificem, & quando impedimentum est occultum. Item Episcopus non potest dispensare in cognatione spiritali ex Baptismo non solemni orta; nec in publica honestate ex spōsalibus. Nec in cognatione legali, licet non detur facilis recursus ad Papam, *l. 8. d. 6. à nu. 11 vsq. ad 17.*

17 Papa potest dispensare, vt in quacunque ætate matrimonium inirum valeat, modo pueri vsu rationis habeant, *libr. 7. disp. 104. num. 11.*

18 Papa potest dispensare in radice matrimonij irriti, legitimando prolem indirectè quoad bona temporalia, & directè quoad spiritalia erga personas suæ iurisdictioni temporali non subiectas, etiam nulla existente causa. Peccabit tamen grauissimè, quamuis parentes mortui sūt. Et si cedat in tertij præiudicium

dicium, credit Doctor, noluisse Pontificem iuri aliorum acquisito derogare. Attamen Papa non poterit, quando proles habita fuit, nullo precedenti matrimonio irrito, legitimare eam quoad temporalia extra loca suæ iurisdictionis temporalis; vel quando matrimonium fuit irritum ob impedimentum iuris naturalis, vel diuini, etiam in casu speciali, in quo potest dispensare in tali impedimento. Idem dicendum de prole genita ex professo, vel in sacris constituta. Idem quando matrimoniū fuit nullum ex defectu consensus alterius, vel vtriusq;. Item Princeps sæcularis nulla ratione potest legitimare prolem habitam ex matrimonio irrito, vt capax sit ordinum, ac cæterorum Ecclesiasticorum, *lib. 8. disp. 7. à nu. 1. vsque ad 11.*

19 Papa non potest dispensare in pluralitate vxorum, *lib. 7. disp. 80. n. 9.* Secus de cognatione spirituali, *lib. 8. disp. 19. n. 7.*

20 Dispensare censentur Papa, vel Princeps supremus, vel quicumque inferiores admittentes scienter ad actum iure prohibitum, in quo illi possunt dispensare. Item censentur tacite dispensare, quando Prælatus, cum potest facile contradicere, nõ contradicit, sed tacet. Tamen non censetur dispensatio ultra casum expressum, *lib. 8. tota disp. 4.*

21 Papa erga se ipsum potest dispensare in his, in quibus potest cum subditis. Idem dicendum de supremo Principe sæculari, & Episcopis,

H

pis,

p. s. Prælati regularibus siue Prouincialibus, siue Generalibus, siue præpositis localibus, vel vicegerentibus. Idem de habente iurisdictionem delegatam in vniuersum cum aliqua cõmunitate, cuius ipse est pars Secus, si cum ceteris personis, *lib. 8. tota disp. 3.*

22 Legatus à latere non potest dispensare in impedimentis matrimonium dirimentibus, nec habet maiorem iurisdictionem in Prouincia sibi commissa, quàm Episcopus in suo Episcopatu, *lib. 8. disp. 6. nu. 15.* Nec dispensat valide absque legitima causa in causis sibi commissis, *lib. 8. disp. 17. nu. 5.*

23 Episcopus potest dispensare in impedimentis matrimonium dirimentibus in casu magnæ necessitatis, *lib. 8. disp. 6. nu. 24.* Secus extra casum necessitatis, *ibid. nu. 17.*

24 Episcopus in impedimento dubio omnino non potest dispensare, sed potest declarare gratiâ tollendi scandali, non esse opus dispensatione. Quando autem non est res omnino dubia, & datur præsumptio pro impedimento, tunc eget Pontificiâ dispensatione, & existentibus opinionibus negantibus, & affirmantibus, potest sequi probabilem, & nõ probabiliorem opinionem, *l. 8. disp. 6. n. 18.* Nec potest dispensare virtute Trid. *Sess. 24. cap. 5. de reform.* cum habentibus impedimentum dirimentis, quando bonâ fide, præmissisque denuntiationibus contraxere, vt denuò incant, *ibid.*

191679. 19.

25 Episco.



25 Episcopus potest dispensare in omnibus impedimentis impediens solum matrimonium, exceptis sponsalibus, voto, & impedimento interdicti Eccles. quando superior interdixit matrim. Secus, si ipse, vel inferior, *lib. 7. disp. 17. à nu. 10. vsque ad 15.*

26 Episcopus, seclusa reservatione, potest dispensare in sua diocesi in omnibus votis, sicut Pontifex in toto orbe. Ratione verò reservationis, non potest dispensare in absolutis castitatis religionisue votis, etiam emissis à persona alterius potestati subiecta, ut à coniugata, seruo, filio, sine licentia viri, Domini, vel patris. Potest tamen in voto temporali castitatis conjugalis seruandæ, non petendi debitum absque licentia, vel cum ea alterius, vel de communi consensu facto. Secus dicendum de voto virginitatis seruandæ, nisi expresse vouens noluerit se ad castitatem obligare, sed solum ad corporis integritatem consistentem in abstinentia à primo luxuriæ actus. Potest etiam Episcopus dispensare in voto non incundi matrimonium, nisi sit in fauorem tertij id petentis, cuius interest, ut emissum sit. Si tamen remittatur ius, tunc poterit, & tertius potest remittere totam illam obligationem, si solum eius intuitu fuit factum; secus, si simul religionis ad id offerendum Deo. Et in dubio censetur factum in fauorem tertij. Et quando alterius nihil interest, censetur in dubio factum in honorem Dei. Potest etiam dispensare in

voto non assumendi ordines sacros, & in voto disunctiuo, cuius altera pars est reservata, altera autem non. Item in voto assumendi habitum feminarum, quas vulgò beatas vocant. Secus dicendum de voto ingrediendi religionem Ordinis Militaris Diu. Ioannis. Item potest dispensare in voto cæterorum Ordinum Militarium, & in voto strictioris religionis, & perseverantia in religione, & post exitum, iustâ causâ poterit, ne iterum ingrediatur. Et differenda voti religionis executione, dummodo non sit adeò, vt sit periculum in eum statum incidendi, vt fiat impotens. Item potest dispensare, vel commutare, quando votum castitatis, vel religionis commutatur à Pontifice in materiam non reservatam, tunc enim poterit in eam, vel in aliam commutare. Et quando is, cui Pontifex votum castitatis commutavit in confessionem menstruam, nec commutationem implevit, non tenetur ad prius castitatis religionisve votum, nec habet impedimentum ad matrimonium. Et hæc votorum reservatio non est tam strictè accipienda, quin liceat Episcopo dispensare, magno incontinentiæ periculo eminenti, nec dato facili recurso ad Papam ratione paupertatis, vel alius causæ. Idem dicendum de cæteris votis reservatis Pontifici, secus dicendum dato facili recurso ad Pontificem, aut ad Nuntiū habentem commissionem in eis dispensandi. Item potest Episcopus dispensare in voto castitatis ex perturbatione  
 . animi

animi emisso, quando vouens est iuuenis, & est suspectus, & hoc ad maius periculum incontinentiæ vitandum. Item quando est periculum incontinentiæ ex mora ad eundem Pontificis. Et hæc dispensatio Episcopi in his votis Papæ reseruatæ solum deseruiet illi vsui, ad quem necessitas cogit, vt in voto religionis, & castitatis, *l. 8. tota disp. 9.*

27 Episcopus potest dispensare in votis castitatis, & religionis pœnalibus, siue pœna sit incurta, siue non: Secus dicendum de votis absolute emissis, quamuis ea vouens eligat in penam, & supplicium peccati admissi, vel ad vitandam infamiã, vel dedecus. Item potest dispensare in votis conditionalibus ante, & post conditionem impletam, quando votum est verè conditionale, & nõ apparenter, & quando conditio est de futuro, nec tacite inest. Secus de votis sub conditione de præterito, vel de præsentibus, vel quæ tacite inest, & apponitur eo modo, quo inest. Et idem, quod dictum de voto religionis, & castitatis, & alijs votis conditionalibus; dicendum de iuramentis conditionalibus, & pœnalibus, *lib. 8. tota disp. 10.*

28 Episcopus potest dispensare in voto castitatis post matrimonium consummatum emisso ab vno coniuge sine alterius licetia. Secus, si ante consummationem matrimonij animo ingrediendi religionem ad implendum votum, licet potest, quando vouens se habuit negatiue, nec de ingressu, nec de opposito cogitans. Idem

cum eadem distinctione dicendum, quando votum fuit emissum cum alterius cōsensu, vel quando ambo sine consensu alterius continentiam vouerunt, vel quando vterque vouit ab altero per rā licentiā; non per modum contractus. Secus, quando vouit vterque per modum contractus, nec vt perant, nec vt reddant debitum, nisi derit magnum incontinentiæ periculum, sine recurſu ad Pontificem præ paupertate, vel aliā causā, vel ad Nuntium habentem commissionem. Et hæc dispensatio ob vrgentem necessitatem solum est ad petendum debitum. Vnde qui fornicatur, peccat contra votum. Item quando coniuges vouerunt continentiam per modum contractus hæc lege, vt si sobolēs, quam tunc habebant, obiret, possent vti matrimonio, potest Episcopus dispensare. Secus dicendum, si hoc modo, postquam habuerimus prolem, promittimus ex tunc continentiam. Poterit tamen, si dicant, si Deus nobis hoc beneficium concesserit, vt habeamus prolem; promittimus in gratiarum actionem, continentiam; & hoc siue ante, siue post impletam conditionem. Item potest, quando vterque vouit continentiam ad tempus cū mutuo cōsensu. Itē quando coniuges remittunt sibi ipsi renuntiationem iuris petendi, vel reddendi poterit ad reddendum, & petendum dispensare, quamuis sit aditus ad Pontificem, *lib. 8. tota disp. 11.*

29 Episcopus semper potest dispensare cū  
ligato

ligato coniugato voto castitatis transeunte ad nuptias, ut petat debitum solum, quamvis matrimonium non sit consummatum, & praesente Papâ. Item cum coniuge, cui debiti petitio est prohibita ratione affinitatis contractae cum altero coniuge, etiam praesenti Commissario Bullae Cruciae, vel existentibus religiosi medicantibus habentibus commissionem. Item cum coniuge contrahente cognationem spirituales cum suo coniuge ad petendum debitum. Quod intellige de affinitate, vel cognatione spirituali contracta post matrimonium, *lib. 8. tota disp. 12.*

30 Episcopus potest dispensare in iuramentis castitatis, religionisve poenalis, & conditionalibus, sicut potest in votis similibus, ut dictum est, *num. 27.* Item potest in absolutis non includentibus in se votum. Secus, si includant. Item quando manent reservata vota, manent etiam iuramenta eiusdem materiae. Secus, ubi ea vacant, *lib. 8. tota disputat. 13.*

31 Episcopus potest dispensare in votis novitiorum emissis, siue ante, siue post ingressum, ante tamen professionem, *lib. 9. disp. 39. num. 44.*

32 Doctor probabiliter iudicat, posse Episcopum dispensare interueniente vigētissima causa, v. g. pro bono pacis, in aetate legitima ad matrimonium, *l. 7. disp. 104. n. 12.*

33 Episcopus non potest dispensare, quando

H 4

dispensare

dispensatio committitur à Pontifice Officiali diœcesis. Item quando officialis est factus Episcopus eiusdem diœcesis, non potest, quando commissio est realis; secus, si personalis, *li. 8. disp. 27. nu. 30. & 31.*

34 Episcopus potest dispensare in lege Pontificia, vel Concilij, quâdo conceditur dispensatio, non explicando, cui conceditur, quamvis non sit lata sententiæ, & imponat pœnam, quam solus Pontifex potest imponere, *libr. 8. disp. 5. à n. 1. vsque ad 5.*

35 Episcopus non potest dispensare, ut plures adhibeantur patrini in Baptismo, vel Cõfirmatione, vel hi sint duo viri, aut duę mulieres; contra Conc. Trid. *lib. 7. disp. 27. n. 6. & 7.*

36 Episcopus potest dispensare cum familiari trienniali in interstitijs, vel natalium defectu, *lib. 8. disp. 1. nu. 25.*

37 Quando Episcopus potest iure ordinario in aliqua re dispensare, quamvis obtenta sit commissio à Pontifice, potest adiri ad Episcopum, vel ad potentem ex priuilegio, quamvis virtute commissionis iam confessorius dispensasset, vel ipse Ordinarius. Tamen quando Pontifex de eo casu consultus denegauit dispensationem, iudicans non adesse causam, non potest Episcopus, nisi noua proponatur causa; potest tamen, si sit solitus propter causã eadẽ alijs denegare: tamen huic concedere dispensationẽ. Idẽ dicendũ, quãdo Episcopus dispensat ex commissione expressa annexa dignitati,   
 etiam

etiam si ex speciali commissione dispenser. Secus, quando ex sola epigamia in casu necessitatis. Idem de habentibus privilegium ad dispensandum. Et postquam remiserunt, dispensationem ad Pontificem, etiam dicitur casus occultus, *lib. 8. tota disp. 14.*

38 Episcopi electi, & confirmati, licet nondum consecrati, possunt dispensare in casibus occultis concessis per Trid. *Sess. 24. de reform. cap. 6.* Idem dicendum de superioribus etiam localibus, seu conventualibus religionum exemptarum erga religiosos eis subditos, ut expressè concessit Pius V. in quodam brevi, cuius verba refert Emanuel *qq. reg. to. 1. q. 61. art. 9. lib. 8. disp. 2. nu. 11. c. 13.*

39 Episcopus potest dispensare validè sine causa in suis Constitutionibus etiam iuratis, & licet transeant in contractum, in commodum alterius ex legitima causa. Secus dicendum de Constitutionibus confirmatis à Summo Pontifice, *l. 8. d. 17. à n. 27. vsque ad 31.*

40 Mandatum dispensandi non est dispensatio, donec Ordinarius, vel Cōfessor dispenser, *lib. 8. disp. 30. nu. 12.*

41 Commissarius Bullæ Cruciatæ potest dispensare pro solo conscientie foro in affinitate orta ex copula fornicaria, in primo, & secundo gradu, & legitimare prole susceptam, & suscipiendam, cōcurrentibus quatuor cōditionibus. 1. Ut matrimoniū cū illo impedimēto sit contractū servata formā Trid. v. g. cū præsētia

H. 5 paro.

parochi, numero testium, & denūtiationibus.  
 2. Ut impedimentum sit occultum. 3. Ut adfue-  
 rit bona fides saltem ex parte alterius contra-  
 hantis, ignorantis impedimentum tēpore cō-  
 tractus. Ultima, vt coniux ignorās certior fiat  
 de nullitate prioris consensu, quamuis ei nō  
 declaratur causa nullitatis, vt eurentur scanda-  
 lala; cēt Pontifex sit præsens. Secus de Epi-  
 scopo dispensante ratione magnę necessitatis.  
 Item Cōmissarius potest dispensare solum in  
 impedimento affinitatis ex copulā fornicaria,  
 nunquam ante matrimonium, & coniuge cer-  
 tiore prius facto de nullitate consensu, vt di-  
 ctum manet. At Episcopus potest in omnibus  
 impedimentis iure Pontificio dirimentibus  
 occultis, & aliquando ante matrimoniū con-  
 tractum. Nec desideratur, quōd alter coniux  
 sit certior de nullitate matrimonij. Item Cō-  
 missarius potest legitimare prolem ex eo ma-  
 trimonio irrito susceptam pro foro conscientie,  
 quoad omnes ordines, & quæuis benefi-  
 cia, non tamen ad bona temporalia. Episcopus  
 verō solum potest cum illegitimo dispensare  
 quoad ordines minores, & ad quæuis benefi-  
 cia simplicia, & cum quocumque illegitimo.  
 Commissarius verō solum cum habito ex solo  
 matrimonio irrito propter impedimentum  
 fornicariæ affinitatis. Quod potest facere di-  
 spensando in matrimonio. Quæ dispensatio,  
 siue fiat à Commissario, siue ab Episcopo pro  
 solo foro conscientie, non est facienda publi-  
 cè cum



et cum notario, & testibus, *lib. 8. disp. 6. à num. 23. vsque ad 27.*

42. Commissarius Bullæ Cruciatæ potest dispensare ad petendum debitum cum coniuge, cui interdicitur ratione affinitatis cum altero contractæ. Secus de impedimento cognationis spiritualis, *lib. 8. disp. 15. nu. 13.*

43. Superiores religionis possunt in nouitiorum votis dispensare, & in omnibus, in quibus possunt cum religiosis, *libr. 9. disputat. 39. num. 44.*

44. Religiosi per priuilegium concessum à Leone XI. possunt dispensare solum cum incestuosis, cum consanguineis coniugis, vt possint petere debitum. Tamen illo matrimonio dissoluto, non possunt ad aliud transire cum affine ratione copulæ incestuosæ, *lib. 8. disput. 6. nu. 28. & 29.*

45. Priuilegia religiosorum circa commutationem, & dispensationem votorum, sunt hæc. Paulus Tertius concessit religiosis Societatis Iesu, facultatem commutandi vota, his verbis. (Conceditur facultas quorumcumque vndeumque ad suos venientium, confessiones audiendi, & confessionib. diligenter auditis, ab omnibus peccatis, etiam Sedi Apostolicæ reseruatis, & à quibusvis ex ipsis casibus resultantibus sententijs, censuris, & pœnis, exceptis in Bulla Cænæ, absoluedi, nec non & vota commutandi.) Et Gregorius XIII. anno 1575. in sua bulla in fauorem Societatis Iesu concessa,

cessa, incipiente, Ad perpetuam rei memoriã, extendit hoc priuilegium ad vota iurata. Exci- piuntur tamẽ in dicta facultate Pauli Tertij quinque vota reseruata communiter. Et circa facultatẽ dispensandi concessit mendicãtibz Innocentius VIII. posse dispensare in votis, in quibus potest Episcopus iure ordinario, nõ rati- one necessitatis, licet sint ei reseruata aliqua. Exceptis peregrinationis ultra duas dietas, id est, 20. leucas. Itẽ possunt omnia vota dispen- sare, in quibus casibus possunt & cõmutare, & in omnibus concessis Episcopo ordinariẽ. In- super Prouinciales medicantium habet priui- legium, vt possint concedere suis cõfessoribus approbatis iuxta Trid. autoritatẽ ad dispen- sandũ, ad petendũ debitũ cũ his, qui ante ma- trimonium castitatem vouerant, quod cõces- sit Pius V. viuæ vocis Oraculo. Quod extẽditur etiã antequã vouẽs habeat marrimonium consummatũ. Idẽ dicendum in priori bimestri ante cõsummationem matrimonij. Item pos- sunt dispensare, quando fuit factum post ma- trimonium initum, ad petendum debitum in casu, quo potest Episcopus. Item possunt commutare iuramenta pœnalia, & conditio- nalia, etiam impletã conditione, non tamen iuramenta absoluta. Item religiosi medican- tes, si sint viri docti, & confessores approbati, possunt ex commissione Pontificis dispensare in foro conscientie ad petendum debitum cum coniugibus, qui contraxere cognatio- nem

nem spiritualem. Et hæc facultas concessa religiosis commutandi, & dispensandi vota, non restringenda ut solum eo privilegio uti possint, erga subditos Episcopi illius diocesis, in qua sunt religiosi, *lib. 8. tota disp. 16.*

46 Dispensatio est iuris relaxatio à potestate habente relaxandi facta. Per particulam (relaxatio) differt ab interpretatione, abrogatione, derogatione, & irritatione, *l. 8. disp. 1. nu. 2.*

74 Dispensatio ad ordines cum illegitimo, extenditur solum ad minores, nisi illegitimus sit promotus ad illos, idque Pontifex dispensans sciat. At quando dispensatio est ad omnes ordines, tunc extenditur etiam ad sacros: & redditur beneficij simplicis capax. Secus, si dispensatio sit ad Ordines, non additâ particulâ vniuersali, nisi sit iam ad illos promotus, sciente Pontifice. Et est dispensatio totalis, quando absolutè dispensatur cum illegitimo in irregularitate sine addito, secus quando sine addito & non absolutè, *l. 8. d. 1. nu. 26. 27. & 28.*

48 Dispensatio ad plura beneficia, extenditur ad licentiam non residendi in vtroque. Item dispensatio in defectu ætatis ad curatû, extenditur ad non suscipiendos ordines tempore præfixo. At dispensatio ad non residendum, non extenditur ad consequutionem fructuum, *l. 8. disp. 1. nu. 19. & 20.*

49 Dispensatio cum Episcopo, ut consecrationem differat, extenditur ad retinenda

Hi 77

benc-

beneficia. Item dispensatio cum Canonico ad  
sacrum ordinem ante legitimam ætatem reci-  
piendum, extenditur, ut vocem habeat in Ca-  
pitulo; *l. 8. d. 1. n. 23. & 24.*

50. Dispensatio, siue licentia ad testandum,  
extenditur ad codillos, & donationem causam  
mortis: & facit conualescere ~~est~~ testamentum  
antea factum, nec finitur primo testamento  
confecto, *l. 8. disp. 1. n. 9. 17. 18. & 38.*

51. Dispensatio, siue licentia ad edenda oua  
extenditur ad lacticia. Item dispensatio ad  
edendas carnes extenditur ad lacticia, *lib. 8.  
disp. 1. nu. 39.*

52. Dispensatio, siue licentia ad Ordines ab  
alieno Episcopo accipiendos, non extenditur  
ad dispensandum cum ordinando in irregula-  
ritate, vel alijs impedimentis, *lib. 8. disp. 1.  
num. 25.*

53. Dispensatio non admittit argumentum  
à maiori ad minus, & fallit regula iuris in 6.  
dicens (cui licet, quod est plus, licet utique,  
quod est minus.) Secus dicendum in dispensa-  
tionibus fauorabilibus: vel quando exprimi-  
tur ratio in ipsa dispensatione, vel quando id  
minus est annexum, vel inclusum in maiori  
tanquam pars eius, vel ab eo inseparabile, vel  
quando dispensatio inducitur canone, vel le-  
ge. Secus quando ab homine, vel quando ma-  
ius, & minus sunt in eodem genere. Secus, si  
sunt in diuersis generibus, *lib. 8. disp. 1. à nu. 31.  
& q. ad 37.*

54 Dispensatio, quando est dubium, an extendatur ad aliquem casum, interpretandum est non extendi, *l. 8. disp. 2. nu. 9.*

55 Dispensatio voti tacito iuramento, vel iuramenti tacito voto, est subreptitia, quando iuramentum est in confirmationem voti, & dependens ab illo, & quando reperitur idem vinculum. Item quando idem repetitur multoties, non est opus mentionem facere repetitionis, *l. 8. disp. 2. nu. 24. & 25.*

56 Quando votum non nubendi est factum in fauorem tertij, necessarium est mentionem facere, nisi ille tertius remittat. Item professus, & initiatus Ordine sacro petens dispensationem, tenetur explicare, quo ordine sit initiatus, & non sufficit dicere se esse in ord. sacro, *l. 8. disp. 24. nu. 21.*

57 Tunc solum sunt subreptitia quæcumque rescripta gratiæ, vel iustitiæ ex taciturnitate veri, quando taceretur veritas, quam iura expressis verbis declarari iubent, vel est talis, que intrinsicè attinet ad dispensationem. Est que causa finalis illius, quia eâ veritate expressâ, aut omnino denegaretur dispensatio, aut cum aliquo moderamine concederetur. Item similiter vitiantur ex falsi expressione, quando contingit circa causam finalem, ita vt eâ falsitate non expressâ, denegarentur literæ, aut ijs esset moderamen adhibitum. Quod intelligendum est, quando plures causæ narrantur, & finalis est vera. Nam si vna causa narretur, & ca.

& ca.

& ea falsa sit, quæcumque illa sit, non valebit rescriptum. Tamen, si literæ concedantur ex motu proprio, valent, non obstanti subreptione veritatis tacitæ. Secus, si esset subreptio falsitatis narrata. Item non vitiantur literæ in neutro foro, quando falsi expressio, aut veri taciturnitas contingit solum circa causam impulsivam, licet dolo contingat. Si autem sit circa causam finalem, sic distinguendum est. Si est causa rotius rescripti, totum vitiabitur, siue dolo, siue ignoranter contingat. Si solus partis est causa, & altera pars est omnino separata, illa sola pars vitiabitur, in qua est subreptio etiam dolosa. Si autem partes coniunctionem quandam habeant separabilem, tamē quoad valorem, tunc si ignoranter, id est, non per fraudem, & malitiam subreptio admittitur, valebit in utroque foro rescriptum quoad solam partem, in qua non fuit subreptio. Si vero per fraudem, & malitiam, ea quoque pars vitiabitur, & corruet, in qua non fuit subreptio: non tamen ipso iure, & in foro conscientiæ, ante iudicis sententiam, sed post illam, *l. 8. tota disp. 21.*

58. Ut dispensatio non sit subreptitia, concurrentibus pluribus impedimentis, requiritur narratio omnium, & exprimere, quoto gradu consanguinitatis, affinitatis, vel publicæ honestatis coniuncti sunt. Item est necessaria mentio utriusque coniunctionis; v. g. si sunt coniuncti duplici titulo in eodem, vel diverso  
du.

gradu, vt si est bis affinis, consanguineus, vel si habet duplicem publicam honestatem, & cognationem spiritualementem, *l. 8. disp. 24. à nu. 1. vsque ad 5.* At non tenetur narrare, affinitatem esse contractam ex pluribus fornicationibus cum eadem persona. Item iteratio copulæ, antequam Ordinarius dispense, non vitiat dispensationem, *ib. nu. 7. & 8.*

59. In petrans dispensationem tenetur narrare inæqualitatem gradus, consanguinitatis ex parte fœminæ, vt si amita viri sit in secundo, & tertio gradu; secus, si in quarto. Nec in affinitate, & publica honestate est necessaria hæc explicatio. Item tenetur explicare distantiam gradus, an sit in linea recta in consanguinitate, affinitate solum ex copula licita, & publica honestate. Item an cognatio spiritualis sit filiatio, vel paternitas, vel compaternitas. Non est tamen explicandum, an contracta ex Baptismo, vel Confirmatione. Et est etiam explicandum in publica honestate, an oriatur ex matrimonio rato, quando petitur dispensatio in primo gradu, *lib. 8. disp. 24. à nu. 12. vsque ad 16.* Item in affinitate concurrenti cum publica honestate, non est necessaria mentio de publica honestate, quando explicatur affinitas ex copula licita proueniens; secus facta solum affinitatis in genere mentione. Item dispensatio valet in tertio, vel quarto gradu, licet non explicetur, an ex copula licita oriatur. Secus dicendum, si affinitas sit in primo, & secundo gradu.

gradu, *ibid.* à *nu.* 36. *vsq.* ad 40. Item dispensatio valet, errando in gradu explicando maiorem, cum tamen sit minor, nisi minor sit diuersæ speciei. Tamen subreptitia erit, si erretur in gradu explicando minorem, cum sit maior, quantumvis ex ignorantia inculpata procedat, *ibid.* à *nu.* 17. *vsq.* ad 20.

60 In dispensatione matrimonij inter consanguineos, vel affines, non est necessaria mentio culpæ incestuosæ inter eos habitæ ex humana fragilitate, & non cum spe facilioris dispensationis, quando contingit post dispensationem concessam à Pontifice, vel Pœnitentiario, & expeditam cognitâ precum veritate ab Ordinario, vel Confessore, quamvis sub ea conditione sit concessa. Secus dicendum, quando contingit ante dispensationem à Papa vel post, prius tamen quam Ordinarius illam expediat, & quando matrimonium fuit initum & consummatum cum impedimento dirimenti, cum animo, vt facilius Pontifex dispense, animus cum matrimonio explicandus. Item explicanda spes facilioris dispensationis, *l. 8. tota dispn. 25.*

61 Qui impetrauit dispensationem, & ob aliquos scrupulos sibi obiectos, impetrauit aliam strictiorem, potest certior factus de dispensationis valore illâ vti, scil. priori *l. 8. dispn. 22. num. 16.*

62 Qui impetrauit dispensationem ad ducendam consanguineam, & postea noluit eam ducere



ducere, & impetrauit alteram ad ducendam aliam, non potest vti priori, licet non vtatur posteriori valida, *l. 8. disp. 22. n. 19.*

63. Dispensatio prodest renuncianti illam, dum superior non acceptat renuntiationem, nisi dispensatio esset circa iuramentum, aut votum. Et solus superior, à quo gratia manat, potest acceptare renuntiationem; nec amittit vires dispensatio, etsi impetrans literas cancellat, concedatve. Item dispensatio prodest ad matrimonium, si ante illius usum aliud matrimonium ineat, *l. 8. tota disp. 32.*

64. Ligatus voto religionis, aut castitatis, aut non inveniendi matrimonium cum consanguineis, petens dispensationem ad ducendam consanguineam, vel habens votum, & iuramentum de eadē re, casu, quo sunt vincula distincta, tenetur mentionem facere omnium istorum impedimentorum. Tamen ligatus sponsalibus de futuro cum aliqua foemina, vel voto castitatis, aut religionis ante pubertatem emisso, nec postea ratificato, volens consanguineam ducere, solius consanguinitatis tenetur mentionem facere, & postea, vel antea obtinere remissionem sponsalium à foemina, & relaxationem voti à patre, vel tutore. Similiter quando vnum impeditum est occultum, alterum publicum, solum publicum tenetur manifestare Pontifici, & occultum sacrae Penitentiariae cū mentione publici, *l. 8. tota d. 23.*

65. Literæ ad beneficium possunt absque

ma

mandato impetrari, non verò ad lites. Beneficium tamen non potest acceptari absq; speciali mandato. Item dispensationes, & alia privilegia, vt impetrentur, non requiritur speciale mandatum, sed possunt validè impetrari, eo, cui impetrantur, ignorante. Tamen non prodest illi, donec ab ipso acceptetur, vel ab alio habente speciale eius. mandatum. Et quando impedimentum est commune vtriq; contrahenti, scil. consanguinitatis, vel affinitatis, sufficit ab altero impetrari dispensationem, altero ignorante. Secus, si tantum alterius, vel commune vtrique, sed in vtroque diuersum, vt votum in vno, aut in vtroque, *l. 8. tota disp. 26.*

66 Dispensare sine causa, in lege diuina, aut superioris, est mortale; at in propria lege veniale, si desit scandalum, ac notabile aliorum damnum. Item eandem culpam committit petens, vel acceptans, nisi ignorantia excusetur, & quoties vtitur dispensatione, peccat venialiter cessante scandalo, & notabili aliorum damno, *l. 8. tota disp. 18.*

67 Dispensatio alicui commissa in lege superioris, intelligitur, si adsit iusta causa, *l. 8. disp. 17. nu. 4.*

68 Dispensatio in voto castitatis, & religionis ad contrahendum restricta ad primum matrimonium, non extringitur, quando matrimonium fuit solutum ante consummationem, vel quando fuit nullum non scienter, & quan-

quando dispensatio non fuit restricta ad primum actum, nec explicat, vt liceat toties, quoties libuerit, si illa sit totalis, & absoluta, licet toties quoties, nisi causa omninò illius cessarit, vel potestas dispensantis limitata sit. Idè dicendū de dispensatione partiali, existēte eadem dispensationis causa, l. 8. disp. 31. à nu. 1. vsque ad 12.

69 Dispensatio in voto religionis ad inendum matrimonium, non prodest, vt vouēs possit manere in saeculo absque matrimonio, l. 8. disp. 31. nu. 7.

70 Dispensatio in voto ad contrahendum cum alia valet, quando dispensationis allegata se tenent omnino ex parte eius, cum quo dispensatur. Secus dicendum, quando se tenēt ex parte personæ, cum qua est contrahendum, l. 8. disp. 31. nu. 13. & 14.

71 Dispensatio cum monacho, qui habitū dimisit, vt secum facilius dispensetur, tacito animo, quo dimisit habitum, est subreptitia, l. 8. disp. 25. nu. 38.

72 Dispensatio in voto religionis, tacendo fuisse, simul votum perseverantiæ, subreptitia est, l. 8. disp. 21. nu. 23.

73 Dispensationes concessæ à superiori in lege sua cum aliquo, nulla compositione facta, sed omnino gratis, absque causa legitima possunt validè reuocari, non tamen licitè. Et erit mortale, quando dispensatio erat necessaria ad bonum subditi. Secus dicendum de dispensa-

penfatione facta ab inferiori in lege superioris. Item dispensationes pro foro externo concessæ, non possunt ad libitum reuocari; sed existenti iustâ causâ: & tunc restituta compositione soluta per eum, cum quo dispensatum est. Item concessæ pro foro interno, *l. 8. dis. 33. à nu. 11. vsque ad 14.*

74 Dispensatio in impedimento criminis semiplenè probati, ne crimè in literis manifestatū ab impetrante noceat ipsi in foro externo, impetranda est hac cautela. Si absq; animo ducendæ concubinæ interfectio vxoris acciderit, narret, sibi impedimentū opponi interfectionis vxoris, cum verè non interfecerit. Et si talis animus adfuit, narret Pontifici, se de eo delicto infamatum, ac delatum in foro externo, damnatumq; esse arbitraria pœna defectu plene probationis, & ne fateatur, nec neget delictum in ea narratione, in sacra pœnitentiaria petat aliam dispensationem, referendo, quòd in publica fori externi propositum est, ac ibi tacitam esse veritatem ob periculū propriæ proditiōis. Et in hac debet impetrans fateri veritatem. *l. 8. disp. 24. nu. 22.*

75 Dispensatio communi consensu etiā tacito obrenta, est cōmunib. expensis soluenda, nisi alter teneatur ad id matrimonium ratione legati, aut maioratus, & tempore, quo conuentum est de matrimonio, ignorabat alter dispensationem impetratam non communi consensu; & resiliens iustè absque alterius culpa non

reue-

teneretur refundere illi partē, quā soluit, teneretur tamen, quando dedit fidē cum firmo, aut dubio animo ingrediēdi religionem. Itē teneretur integras expensas solvere ille, qui præbuit alteri culpabilem causam resiliendi. Item is, cuius culpa euenit impedimentum, ne sponsalia perficiantur, teneretur suis expensis procurare dispensationē. Item deflorans virginē, data fide de matrimonio, vel mulierem bonæ famæ cognoscens, teneretur restituere expensas ingrediens religionem. Secus, quando non adfit fides data, vel defloratio sit spontanea, sine fide. Tamen quando defloratio fuit iniuriosa, nempe violenta, aut precib. violentiæ acqui-  
pollētib. aut dolo, teneretur ad omnes expensas, si post fidem datam transeat de facto ad religionem, ad quam non potest tuta conscientia adire in hoc casu. Et hæc promissio, vel quæcunque sponsalia non probantur testib. singularibus, *l. 8. tota disp. 36.*

76 Dispensatio non est committenda Vicario diœcesis vtriusq; contrahentis, sed satis est in precibus mentionem fieri diœcesis alterius, *l. 8. disp. 35. nu. 5.*

76 Dispensatio cum consanguineis, vt inceant matrimoniū, efficit, vt postea copula habitata inter illos ante matrimoniū initū, & pōlt, non sit incestuosa, *l. 7. disp. 67. nu. 9.*

78 Dispensatio extenditur ita, vt liceat vti illa extra dispensantis territorium, & vbique, *lib. 8. disp. 31. num. 16. & 17.* At dispensatio ad  
benc-

beneficium non confert ius ad aliud, l. 7. disp. 42. nu. 9.

79 Dispensatio irregularitatis ex celebratione excommunicati celebrantis, non petit multiplicem celebrationem explicari, l. 8. disp. 24. nu. 7.

*Distillatio.*

1 Differt distillatio à pollutione, quatenus non est ita mordax, ac grossa, faciliusque fluit, nec cum tanta carnis commotione, & in minori copia, aliquandoque imperceptibiliter, & sine carnis motu, l. 9. disp. 45. nu. 2. Et est mortale procurare illam notabilem, aut causam eius etiam notabilem, ibid. nu. 35. & disp. 17. nu. 18. Item est mortale inter coniuges, si sequatur ex tactibus, aspectibus, verbisq; turpibus, ibid. disp. 45. nu. 42.

*Diuortium.*

1 Diuortium dupliciter vsurpatur, primò vt importat dissolutionem matrimonij, quoad thorum, & cohabitationem. Secundò, vt importat dissolutionem quoad vinculum. Inter Romanos tribus modis connubia dissoluebantur. Primò vsurpatione, seu diffarreatione, remancipatione, & diremptione. Causas autem repudij non numerat Doctor, nisi vna, v. g. si mulieres erant præsentibus certis iudicibus, qui fiebant, marito prohibente, vel ignorante. Hodie differunt repudium, & diuortium, quatenus diuortium solius vxoris est: repudium verò tum vxoris, tum etiam sponsæ de  
præ-

presenti nondum cognita lib. 10. disp. 1. n. 1. &  
 2. Dicitur autem diuortium, vel a diuersitate  
 mentium, vel quia in diuersas partes eunt, qui  
 matrimonium distrahunt, *ibid.*

2 Repudium olim fuit licitum Judæis ex  
 dispensatione Dei in lege naturali, Gentilibus  
 verò nunquam. Et post legem Euangelicam,  
 nec Judæis, nec Gentilibus est licitum. Et nūc  
 Judæi quoque, & Gentiles repudiantes vxo-  
 rem peccant mortaliter, nisi ignorantia inuin-  
 cibilis excuset. Et non obstat sufficienter lex  
 Euangelica promulgata. Item Gentiles con-  
 uersi repudiantes tempore infidelitatis legiti-  
 mas vxores, cogendi sunt ad illas redire, quā-  
 uis alijs se immiscuerint, nisi accidat casus, in  
 quo per conuersionem dirimatur alterius ma-  
 trimonium infidelitatis tempore contractum,  
*lib. 10. disp. 1. à n. 7. vsque ad 11.*

3 Diuortium ratione adulterij non soluit  
 matrimonij vinculum. Vnde neutri cōiungi-  
 cet, alio superstitite, ad alias nuptias transire, *li-  
 10. tota disp. 2.*

4 Diuortium potest celebrari ratione adul-  
 terij, non solum quoad thori, & cohabitatio-  
 nem, sed etiam quoad curam de iure naturæ.  
 Vnde factum est adulterium admissum tēpore infi-  
 delitatis; & potest peti quantumcumque tēpore  
 transacto. Et licet ius accusandi quoad pœnā  
 criminalē, & civilem præscribatur quinquen-  
 nio, *lib. 10. disp. 3. à n. 2.*

5 Diuortium non potest peti ob solam vo-  
 lunta-

luntatem fornicandi, nec per copulam sodomiticam cum vxore inuita, nisi ad tempus, donec desistat, nec per pollutionem extraordinariam cum alia fœmina, nec per mollitiem, siue viri, siue vxoris, nec per amplexus, & oscula libidinosa, & tactus ad mammillas, adulterio non sequuto; nec per solam penetrationem vasis in copula naturali, vel sodomitica, sine effusione seminis intra illud. Secus dicendum de effusione seminis intra, sine penetratione. Item per concubitum cum fœmina, vel bestia mortua potest peti, nec per semen casu incidens intra vas, vt si effusum in balneo attrahat matrix. Tamen petitur diuortium ob sodomiam siue actiuam, siue passiuam, licet sit inter duas fœminas, si infundatur semen intra vas, vel præposterum fœminæ. Item per bestialitatem, *lib. 10. tota disp. 4.*

6 Diuortium non potest fieri per fornicationem coniugis cum consensu alterius, aut ipso sciente ac dissimulante, *lib. 10. disp. 5. à nu. 1. vsque ad 5.* Potest tamen fieri, si vir det causam fornicandi, nolens cum vxore habitare expellendo eam, & denegando alimenta, aut debitum. Secus, si dedit aniam, eò quòd negauit matrimonium, *ibid. à nu. 6. vsque ad 9.*

7 Non est iusta diuortij causa, quando infidelis ad fidem conuersus dedit aniam infideli fornicandi, nolens cum illa habitare, sed repudians; licet tunc repudiatus infidelis ad aliud matrimonium transeat, *lib. 10. disp. 5. nu. 8. & 18.*

8 Diuor.



8 Divortium non potest celebrari, quando vxor probabiliter credēs virum decessisse, alij nubit, vel è cōtra, requiritur enim culpa mortalis ad divortium. Secūs dicendum, quando coniux non certificatus, & ante diligentia factam, putavit & dedit debitum, stans in illo secundo matrimonio. Item non potest celebrari, quando vxor probabiliter credēs esse mortuum, fornicata est, *l. 10. disp. 5. n. 11. & 12.*

9 Divortium non potest celebrari, quando vxor fuit violenter cognita, licet causam violentiæ dedisset. Secūs dicendum, quando non vi preçisa, sed metu cadenti in virum constantem cognita fuit, *lib. 10. disp. 5. à nu. 13. usque ad 16.* Item non potest celebrari, quando vxor commiscuit cum viro, putans esse maritum suum, & ad probandam bonam fidem sufficit eius iuramentum, habito respectu ad eius honestatem, & ad alias coniecturas, *ibid. nu. 17.*

10 Divortium potest peti, quando separatum matrimonium ratione impotentie, detecto errore instauratur, si impotens reputatus fornicatus sit, aut ad aliud matrimonium transit consummans reputatus frigidus, & ideo separatus. Idem, quando dissolutum est ob omnimodam arētitudinem fœminæ, & postea fornicata est ab alio copula fornicaria, vel conjugali. Secūs dicendum, quando matrimonium ob solam impotentiam respectiuam separatum est, & detegatur error prioris sententiæ. Item in hoc non compensatur copula impotentis cū

copula potentis, *lib. 7. tota disput. 101.*

11 Solus iudex Ecclesiasticus est competēs ad cognoscendum de adulterio, vt ratione illius diuortium celebretur; at ad imponendā pœnam sanguinis, solus sœcularis. Tamē quoad alias pœnas, est mixti fori, & datur locus pœuentioni, *l. 10. disp. 8. n. 15. & 16.*

12 Si infideles Principibus Christianis subiecti petant diuortium, vel agatur de viribus matrimonij, inter eos solus iudex sœcularis est competens. At si alter est fidelis, & alter infidelis, actor debet sequi forum rei, *lib. 7. disp. 3. num. 9.*

13 Diuortij causa acta non potest transiri ad accusationem criminalem adulterij, vel e cōtra, nec per modū exceptionis potest allegari adulterium deductum ad criminale iudicium contra adulteram petentem viri restitutionem. Secus dicendum in foro conscientie, *lib. 10. disp. 8. n. 18. 19. & 20.*

14 Sententia diuortij non transit in rem iudicatam in ijs, quæ sunt in adulteri cōiugis fauorem, benè tamen in his, quæ in eius odium, & innocentis fauorem redeunt, *lib. 10. disp. 9. à nu. 1. vsque ad 4.*

15 Diuortij sententia retractanda est, Ecclesiâ inueniente se deceptam, quando neuter statum mutauit, illique reconciliandi sunt, & tenentur. Secus, quando vterq; mutauit statū, professionē faciens. Si tamē innocens tantum mutauit statū, factus religiosus, clericus, vel  
habens

habens simplex votum castitatis, cognita falsitate, est restituendus alteri coniugi, cui debitum tenetur reddere; petere tamen minimè, *lib. 10. disp. 9. à n. 6. vsque ad 12.*

16 Coniux innocens non potest propriam auctoritate ab adulteri habitatione diuertere in foro externo, quando adulterium est occultum. Quare si adulter coniux restitutionem petat, non admittitur exceptio innocens opponens adulterium occultum, donec restituatur coniux dimissus. Secus dicendum, quando adulterium ita notorium est, ut nullam prorsus tergiversatione celari possit, *li. 10. disp. 12. à nu. 10. vsque ad 30.*

17 Diuortium celebrari potest, quando coniux innocens remisit adulterium remissione mente retenta, nec signo aliquo externo coniugi nocenti expressa, *lib. 10. disp. 5. nu. 19.* Et reconciliatus si relabatur in adulterium, potest de illo adulterio nouo accusari; secus de remisso iam *ibid. num. 20. & 21.* Et non potest innocens lapsus in adulterium illud recompensare cum adulterio à se prius condonato, *l. 10. disp. 6. num. 7.*

18 Diuortium ob adulterium non potest ab Ecclesia restringi, & casus, in quibus non permittitur diuortium ob adulterium, censentur excepti solo iure naturali & diuino, & non Ecclesie statuto, *lib. 10. disp. 5. nu. 13.*

19 Datur compensatio, quando ante sententiam diuortij vterque coniux adulterium

commisit. Et debet esse vtrumque adulterium  
certum, & non dubium, & vtrumq; delictum  
sufficiens ad diuortium. Nec refert, quòd sint  
fornicationis diuersæ nature, vt sodomiz cum  
adulterio. Nec refert, vter coniux sit prius la-  
psum in adulterium. Nec obstat compensatio-  
ni adulterij mutui, si alter coniux plurima ad-  
ulteria, alter verò vnum solum admiserit. Nec  
etiam refert, quòd vnum adulterium sit secre-  
tum, alterum verò publicum, & occultus te-  
netur compensare. Non tamen datur com-  
pensatio adulterij vnus coniugis cum adul-  
terio alterius iam condonato à coniuge poste-  
rius adulterante. Item potest celebrare diuor-  
tium adulter paciscendo cum adultera, vt cõ-  
sentiat, & ipsam non accusabit criminaliter,  
*lib. 10. disp. 6. à nu. 1. vsque ad 10.* Item potest  
celebrare diuortium coniux adulter emenda-  
tus, si admonitus alter in adulterio persistat,  
*lib. 10. tota disp. 7.*

20 Ob nullum crimen aliud à fornicatione  
carnali, vel spiritali, licet coniugibus diuer-  
tere, si coniux illo implicitus non inducat ad  
peccandum alterum, tamen causa correctio-  
nis aliquando licet discedere. Primò, quando  
est inductio ad peccandum, & timetur ruina  
animæ, vt ob lenocinium viri. Secundò, quan-  
do vir recepit viros procaces cū periculo vxor-  
tis. Tertio, renuente cõiuge habitare, nisi sub  
conditione peccandi. Quarto, si cõiux alat vx-  
orẽ bonis ex furto, aut vsura acquisitis. Ta-  
men

men excusatur vxor à peccato, vtēs his bonis, non sumptuosius viuens. Et hoc diuortium non est perpetuum, sed ad tempus, & sic non requiritur iudicis sententia, & non solum licet diuertere, sed tenetur coniux innocens, *li. 10. disp. 17.*

21 Diuortium non potest celebrari ob pertinaciam alterius coniugis in aliqua excommunicatione, *lib. 10. disp. 15. nu. 12.* Idem dicendum, si vir in vxoris fraudem se venundet, tamen non tenetur derelictus captiuum sequi, *l. 7. disp. 23. n. 5.* Idem si vir de se timeat fore, vt vxorem interficiat, vel quando vult cum vxore aliò migrare, & ipsa nolit, *lib. 10. disp. 18. n. 9.*

22 Sententia diuortij inter Iudos, vel aliæ causæ matrimoniales, non exigunt obseruari ordinem iudicarium adhibito tabellatione, & testibus iuramento astrictis, *l. 10. disp. 19. n. 1.*

23 Diuortio facto, attento iure Codicis, filij vsque ad primum triennium apud matrem educandi, maiores autem triennio facti apud patrem, nisi aliud iudex arbitretur expedire. Attento verò iure communi recentiori, quando culpa alicuius factum est diuortium, apud innocentem sunt educandi, nisi sit infidelis, & nocens fidelis. Vel quando innocens transit ad secundas nuptias. Item quando innocens pauper, & culpabilis diues, *lib. 10. disp. 20. nu. 1. 2. & 3.* Et quando culpa matris diuortium fit, cogenda est ad expensas educationis filiorum, non tamen tenetur ante sententiam

iudicis. Et quando neuter est in culpa diuortij, vt si mutuo consensu separentur, filius educetur à matre minor triennio, maior verò à patre, nisi iudex aliud arbitretur. Et quando matrimonium fuit contractum inualidè bonà fide, filius interim cõceptus, est communibus expensis alendus, & quando alter parens fuit in mala fide, alendus ab eo, qui malam fidem habuit, nisi pauper sit, alius autem diues, *ibid. disp. 20. à nu. 4. vsque ad 11.*

24 Compensatio adulteriorum, ita fit quoad diuortium, vt si coniux innocēs fornicetur ante sententiã diuortij, teneatur redire ad cõiugem dimissum, & sibi reconciliari. Et dimissus potest, diuortij sententiã latã, accusare, ad matrimonium instaurandum, alterum coniugem de adulterio ante sententiam ab eo commissio, quamuis delictum non fuerit deductum in iudicium per viam actionis, & teneretur reconciliari, quamuis sit iam confessus, vel sacris initiatus, *l. 10. disp. 9. n. 24. 25. & 26.*

25 Ebrietas sæpe repetita cum periculo vitæ vxoris. est iusta diuortij causa, *lib. 10. disput. 18. nu. 8.* Et priuat iure exigendi debitum ab vxore, dummodo absit periculum incontinentiæ in ebrio, *l. 9. disp. 23. nu. 12.*

#### Dormiens.

1 Dormiens & ebrius nunquam potest amittere gratiam, nec admittens homicidium antea præuisum, *li. 9. disp. 45. nu. 31.*

Domi-

## Dominium.

1 Dominium per actum internum transferri non potest, quia hæc translatio per traditionem fit, *lib. 1. disp. 3. nu. 3.*

## Donatio.

1 Donata à consanguineis coniugum, & ab amicis illorum parificantur, *lib. 6. disp. 26. n. 2.* Quando donatur vtrique coniugi ab extraneo, nec alterius contemplatione, est donum diuidendum, *nu. 3.* Idem si donetur vtrique ab æquè consanguineis vtriusque, *ibid.* Quando donans est consanguineus solus coniugis donatarij, aut amicus, soli donata acquiritur donum, *nu. 4.* Idem quando est æquè vtriusque consanguineus, *nu. 5.* Idem quando alter coniux consanguineus donantis nõ est causa proxima illius donationis, *nu. 6.* Idẽ quando coniugis donatarij extant benemerita erga alterius coniugis consanguineum donantem, *n. 7.* Secus si benemerita sint collata de cõmunibus bonis, *ibi.* Quando solius mariti extant merita erga donatam vxori, acquiritur ea donatio soli marito, *nu. 8.* Et semper standum est voluntati donantis, si de illa constat, *nu. 9.* Donata à consanguineis viri vxori, censentur donata viro. Item donata à cõsanguineis vxoris viro, censentur donata vxori, licet donatio fiat à consanguineis alterius vtrique coniugi. Nisi contraria loci sit consuetudo, vel donans sit Princeps, vel Augusta. Item, si fuerit res donata solum apta coniugi, cui donatur, siue sit

indifferens, semper censetur donata coniugi, cuius contemplatione donatur, nisi fuerit mortuus, cuius contemplatione fit donatio, *ibid. à num. 10. vsque ad 16.* Vir ratam habens consanguinei donationem, non censetur donare illam vxori, & ita non confirmari morte viri, *nu. 19.* Item donata à consanguineis sponsi sponsæ, vel è contra ante consummatum matrimonium, non sunt sponsalitia largitas, & ita minimè acquiruntur per osculum, vel copulam, *num. 22.* Et ista donatio semper habet tacitam conditionem v. g. si matrimonium sequatur, *ibid. num. 23.*

2. Donatio inter coniuges, vel sponfos, quædam est simplex, quædam verò ob causâ. Illa, quæ ex mera donantis liberalitate proficiscitur, hæc verò, quæ non merè liberaliter, sed ob aliquam causam fit, & est triplex. Quædam sponsalitia largitas, de qua videnda litera L. in ipso verbo, & alia Arrha, de qua eodem verbo dictum manet supra; & alia donatio propter nuptias, vel ante illas, de qua hic, *li. 6. disp. 1. num. 1.*

3. Donatio simplex inter virum & vxorem non est valida, quatenus ad libitum potest reuocari à donante. Donatarius tamen non tenetur illam restituere statim, licet fiat ante consummatum matrimonium receptasque Ecclesiæ benedictiones. Idem si fiat ante contractum matrimonium, dilato effectu in tempus matrimonij contracti. Idem si fiat donatio per  
inter-



interpositas personas; & licet diu coniuges separati habitauerint. Idem de donatione facta à socero nurui. Cæteri autem contractus inter coniuges valent, vt venditio, legatū, &c. *lib. 6. disp. 1. à nu. 2. vsque ad 11.*

4 Donatio inter coniuges putatiuos utroque sciente nullitatem matrimonij, valida est in foro conscientie, donec applicetur per iudicē filco perenti. Si tamen solus coniux donans, vel legans, sciat nullitatem matrimonij, tunc valet in utroque foro. Secus dicendum, quando donator erat in bona fide, donatarius minimè, vel quando vterque inscius nullitatis putabat matrimonium valere, *l. 6. tota disp. 2.*

5 Donatio inter coniuges valet facta inter Imperatorem, & Imperatricē; Regem, & Reginam, & inter omnes Principes superiorē nō recognoscentes. Idem quando donatarius nō fit ditior, licet donans reddatur pauperior, & vice versa. Idē quando donatur in tempus soluti matrimonij. Idem quādo vxor donat viro causa honoris, vel dignitatis adipiscēdæ, gratia ludorū autoritate publica præparandorū, causa studiorū, vel licētiæ, aut doctoratus obtinēdi, causa malitię, vel nobilitatis. Idē quādo vir remittit dotē, vel partem eius promittit, vel remittēs vsuras dotis nō solutę, de quarū solutione conuentū erat, vel donās vxori quid annuū ad alimēta, non excedēs fructus dotis. Itē quādo causa exilij coniuges sibi donant. Idem quando alteruter coniux vtitur seruis, anima-

J 6

libus,

libus, & vestibus alterutrius, vel in eius ædibus gratis habitat. Vltimò quando donatio est remuneratoria, *lib. 6. tota disp. 3.*

6 Donatio inter coniuges, ex qua donans non redditur pauperior, licet donatarius fiat ditior, est valida. Idem si legans, aut donans causâ mortis coniugi, roget ille, vt leget, aut donet illud alteri coniugi. Item quando cõiux donat coniugi rem alienam, vel ea, quæ prodigè consumpturus erat, vel fructus ex prædio percipiendos. Secus, si vir donet rem vxoris, vel è contra ea promittente, vel donante viro, *l. 6. disp. 4. à n. 1. vsque ad 6.*

7 Donatio dotis, quam vxor, cõstante matrimonio, viro constituit, valida est. Vir tamè constante matrimonio vel ante referendo se ad tempus contracti matrimonij dotans vxorem, non valet. Secus, quando vir exceditur ab vxore, nobilitate, vel ætate, compensata nobilitate cum diuitijs. Et hæc donatio facta vxori causa huius excessus, non gaudet privilegij dotis. Item valida est dos, quam facit deflorator defloratæ, ducendo illam vxorem. Etiam quando dispensatur cum clausula dotandi eam. Et quando est consuetudo dotandi. Et quando est pro bono pacis inter consanguineos viri, & vxoris, verbi gratia ratione conciliandi discordias, *l. 8. tota disp. 7.*

8 Donatio inter coniuges causa mortis valida est, sed non transfertur dominiũ etiã traditione sequuta. Item valet, si mutuò sibi do-

nent eâ lege, vt alterius obitu superstes ipsius bona habeat, dum vitâ fructur. Nec ad valorem donationis requiritur traditio. Tamen confirmatur hæc donatio quoad dominium, deportatione viri donantis; licet vir reuocare possit, dum vixerit. Et hæc donatio retrahitur quoad fructus perceptos ad tempus donationis factæ, & traditionis sequuta, non vero quoad dominium. Tamen non valet, adiecto pacto de non reuocando, *libr. 6. tota disp. 10.*

9 Donatio inter coniuges inualida firmatur iuramento, sine donans præmoriatur, siue non, aut interueniat traditio vera, vel ficta, & iuramentum debet esse de futuro: secus de præsentis, vel de præterito. Homagio, vulgò (pleto, ou menage) non firmatur iuramento, *l. 6. tota disp. 11.*

10 Donatio præsumpta confurgens ex confessione facta per virum dotis receptæ ab vxore, confirmatur iuramento de futuro: secus de præterito, vel præsentis, *l. 6. tota disp. 12.*

11 Donatio inter coniuges contra prius non donandi iuramentum facta, non firmatur iuramento, licet ille, cum quo contrahitur, ignorasset prius iuramentum, *libr. 6. tota disputat. 13.*

12 Donatio inualida inter coniuges confirmatur morte naturali donatoris, vel accidentali gladij. Idem de donatione facta ante matrimonium collata in matrimonij tempus,

quatenus non præiudicat legitimæ ascendentium, vel descendantium, quæ non est propriè legatum. Prima conditio requisita, ut confirmetur morte, est traditio rei donatæ in quocunque tempore vitæ donantis, vel aliquid habens vim traditionis veræ, vel fictæ, ut confessio dotis receptæ, facta à viro, constante matrimonio, vel retentio usus fructus, & similiter, quando vxor erit debitor mariti, & animo donandi remittit, vel si tradat donans donatio rei instrumenta, vel conficiat instrumentum rei donatæ, vel si faciat transferri rem sibi debitam in vxorem per se, vel per alium. Secunda conditio est, ut prius decedat donans, & in dubio, an prius obierit, firmatur. Tertia est, ut non excedat donatio quingentos aureos absque insinuatione, & quando excedit, solus excessus non confirmatur. Quarta est, ut donans in eadem voluntate permaneat vsque ad mortem, nec tacitè, nec expressè reuocans, *lib. 6. tota disp. 14.*

13. Ut dicatur donatio reuocata; requiritur euidenter constare de reuocatione. At non requiritur reuocatio traditionis. Item censetur reuocata tacitè per alienationem, pignorationem, etiam generalem, & per specialem hypothecationem rei donatæ. Item per specialem institutionem rei donatæ: secus per generalem. Item per legationem illorum, quæ donauerat, utens verbis legati. Etiam per diuortium postea sequutum, vel per adulterium, aut luxu-

rio

riolum osculum. Item si permittat palpari mammillas, vel si probetur fuisse in balneo cum alio viro, vel si pernoctauit absque causa extra domum. Item per graues, & non leues inimicitias superuenientes, quamuis donans codicillum faciens non reuocet, & inimicitia culpâ donantis ortâ sint. Tamen donatio cõfurgens ex confessione dotis receptæ facta per virum constante matrimonio, non censetur reuocata confessione. Secus dicendum alienatione factâ ipsius rei donatæ, *l. 6. tota disp. 15.*

14 Donatio inualida inter coniuges confirmatur morte civili, quâ vir donans in exilium mittitur, vel efficitur seruus pœnæ, non verò hominis. Si tamen vxor est donans, non confirmabitur simili morte civili vxoris. Item confirmatur professione cõiugis donâtis, siue ante matrimonium consummatum, siue post facta legitimè de licentia vxoris in religione incapaci possidendi bona in communi. Secus dicendum de facta in religione capaci ad possidenda bona in communi, tunc enim poterit reuocare, dum vixerit, *l. 6. tota disp. 17.*

15 Donatio inualida inter coniuges morte confirmatâ retrahatur, non quoad dominium, sed quoad fructus perceptos tantû à tempore traditionis. Itē non retrahitur quoad fructus, ex excessu perceptos, si fortè donatio excedit legitimam summâ, nec insinuata fuit. Nec potest hæc donatio morte cõfirmata ante confirmationem vsu capi, & transfertur dominium.

num.

nium talis donationis à tempore mortis, nulla spectata hæreditatis aditione. Et hæc donatio reuocata, aut morte non confirmata, retrotrahitur quoad solos fructus naturales, illosque tantum tenetur coniux donatarius restituere, & fructus industriales sibi comparat, nec ad comparandum eos requiritur bona fides; & donatio confirmata morte retrotrahitur quoad omnes fructus tam naturales quam industriales, *l. 6. tota disp. 6.*

16 Donatio remuneratoria, quæ verè & propriè talis est, nec dicitur donatio simplex, non exigit merita ex iustitiæ lege mercedem poscentia: sed sufficiunt ea merita, quæ virum honestum & probum deceat remunerare, obligentque lege gratitudinis ad antidota. Nec requiritur in donatione exprimi ob bene merita fieri, sed sufficit probare, merita præcessisse, etsi merita non sint aliàs debita, & sint insignia, & donatio meritis æquipolleat. Et si ea excedat, in eo excessu est donatio simplex. Tamen qualiter hæc merita debeant æquipollere, arbitrio prudentis relinquitur, attenda donantis qualitate, an sit diues, an pauper. Et hæc donatio remuneratoria valet inter coniuges. Et si vxor ante matrimonium sine spe matrimonij donet viro, potest vir matrimonio sequuto remunerare, *lib. 6. d. 6. à n. 1. vsque ad 12.*

17 Donatio remuneratoria, quando non est debita lege iustitiæ, non minuit legitimas ascendentium, & descendentium, sed extrahitur

hatur de ea parte, de qua donans potest liberè disponere. Et in Castella, si fiat filio, computatur in tertia, & quinta bonorum parentum portione, *l. 6. disp. 36. à nu. 2. vsque ad 5.* Et donatio remuneratoria non reuocatur natiuitate filiorum, nec quando donans cogitabat de illis, *l. 6. disp. 36. nu. 16.*

18 Donationes minutas, & eleemosynas factas prudèter à parentib. pro modo substantiæ, & qualitate personæ, & quas his artētis postulat recta ratio, atq; bonorū administratio fieri, nō tenetur ad parentes cōputare in quinta bonorū parte, sed pertinet ad sūper ordinarios, & ad bonorū administrationem. Secus si limites prudentiæ, & huius recte administrationis excedant, licet fiant alicui ex filijs, *libr. 6. disp. 36. à nu. 8. vsque ad 11.* Et in dubio, & quoties alia coniectura capi potest, non præsumitur donatio, *l. 6. disp. 25. nu. 10.*

19 Donatio propter nuptias, vel ante nuptias, non est in vsu hodie. Successerunt loco illius Arrhæ. Diffinitur tamen donatio sic: est id quod confertur à viro, vel ab alio ipsius loco pro matrimonij oneribus ad similitudinem dotis, quæ confertur viro per vxorem, & sic appellatur dos, *l. 6. disp. 1. nu. 1.*

*Dos.*

1 Dos promissa seruienti fœminæ, cum cōditione seruiendi honestè, debetur, si ancilla stuprum admisit maior 25. annis transactis nouem annis seruitij, *l. 4. disp. 24. nu. 12.*

2 Quoties fas est parentibus exheredare ob causas iure permissas, immunes sunt ab obligatione dotandi filias: tenentur tamen constituere dotem filiabus quas matrimonio collocant, etiam nulla facta mentione dotis. Et quamvis filia diues sit. Et non solum nubenti, sed monasterium ingredienti. Et taxanda est dos considerata dignitate eius & mariti, & quantitate facultatem patris, & numero filiorum. Item tenentur dotare filiam nubentem indigno, & ipsis inuitis, maiorem 25. annis. Et minorem 25. annis. absque suo consensu digno promittente dotem, siue nō, nisi filia diues sit. Idem quando vir, vel fœmina indignū matrimonium iniere, habentes alimenta. Secus quando non habent alimenta; tūc enim tenetur pater non solum filio dare, sed eius vxori, *l. 4. disp. 26. & nu. 1. vsque ad 21.*

3 Dos quam constituit vir ignobilis nobili, vel senex iuenculæ ante contractū matrimonium, deducenda est ex toto hæreditatis cumulo, vt æs alienum. Idem si vir dotet consanguineā, eò quòd ea lege dispēsauit Pōrifex in consanguinitate, vel alio impedimento. Idē de dote constituta per virū vxori, eò quòd destorauit eam, casu quo tenetur eā ducere. Dos tamen constituta per virū ignobilē nobili, cōstanti iā matrimonio, deducenda est de eam parte, de qua potest vir liberè disponere illæ l. 1. legitima. Idem de dote constituta ratione cōsuetudinis permittentis, vel ratione boni patris,



ois, nullo inuito concordiaē pacto. Si tamen in-  
earur pactum; tunc deducenda ex toto hære-  
ditatis corpore, *lib. 6. tota disp. 8.*

4 Dos tradita viro bonam habenti fidem  
per mulierem conficiam nullitatis matrimo-  
nij, non est restituenda, etiam soluto matri-  
monio, *lib. 6. disp. 2. nu. 5.*

5 Dos constituta per virum scemine, quam  
esse virginem credebat, restituenda nō est, ea  
non existenti virgine, *l. 6. disp. 27. n. 5.*

6 Dos vltra taxam legis Castellæ, v. g. (ex-  
cedentis bonorum decimam partem) a quodā  
tertio promissa de proprijs bonis, siue sit extra-  
neus, siue cōsanguineus, valet, & si fideiubeat,  
valet & fideiussio, *l. 6. disp. 29. nu. 19.*

7 Dos amittitur ob adulterium, quando  
vir dedit causam, expellendo vxorem ē domo,  
*lib. 10. disp. 5. nu. 10.* Etiam si meru cognita sit,  
*ibid. nu. 16.*

8 Dos amittitur ab adultera, siue ciuilitè,  
siue criminaliter accusata, quamuis illa sit tan-  
tum promissa. Idem dicendum de sponsa de  
presenti ante consummatum matrimonium,  
vel quādo matrimonium fuit nullū ob impe-  
dimentum. Secūs si ex defectu consensus, vel  
inuitum metu cadenti in virum constantem.  
Tamen vir non lucrabitur dotē, si propria au-  
thoritate adulteram in adulterio repertam in-  
terimat. Secūs si autoritate iudicis, & si dos  
illi applicata iam fuerit per sententiam iudi-  
cis, sequuta morte adulteræ etiam ob adulte-  
rium:

rium præcedens: tamen in conscientia non tenetur illam restituere, *l. 10. disp. 8. à nu. 2. usque ad 9.* Et non debetur ante iudicis sententiam dos adultera, *ib. nu. 13.*

9 Dos recuperatur cum cæteris bonis, cõiugibus semel reconciliatis siue reconciliatio præcedat sententiam, siue non, *l. 10. disp. 8. nu. 21.* Et dos non perditur à vidua ob fornicationem, *l. 7. disp. 90 n. 9.*

10 Dos viduæ non amittit prælationem per transitum ad secundas nuptias, *l. 7. disp. 88. nu. 34.* Item dos non amittitur ab vxore patienti oscula, & amplexus, & tactus ad mammillas, adulterio non sequuto, *lib. 10. disputat. 4. numer. 12.*

11 Dos non potest repeti à viro pertinaci in excommunicatione, nisi propter eam sit damnatus tanquam hæreticus, *lib. 9. disp. 14. num. 25.*

12 Dotis causa est solius iudicis sæcularis, tamen pertinet ad iudicem Ecclesiasticum solum tanquam res accessoria, quando erga illum agitur de diuortio, *lib. 10. disputat. 8. numer. 15.*

13 Dos potest integra recuperari, soluto matrimonio, non soluendo ex bonis dotalibus debita à viro contracta ad ipsam, & familiam alendam, etiam famulorum mercedem, domus locationem, vestes, & cibaria familiae. Et idem dicendum de filiis respectu patris, *lib. 9. disp. 4. nu. 28. & 29.*

14 Dotis non soluta causa, vxor non potest e domo expelli, vel in illam non traduci, *libr. 9. disp. 5. à nu. 11. vsq. ad 18.*

## Dubitans.

1 Dubitans de deliberatione requisita ad promittendum, tenetur implere promissionem, *l. 1. disp. 8. nu. 10.* Item dubitans de promissione, vtrum promiserit manens dubius, adhibita sufficienti diligentia, non tenetur ad promissionem, *l. 1. disp. 9. nu. 11.* Secus dicendum de dubitante de animo se obligandi, vel de usu rationis post septennium, *ibid. numer. 12. 13. & 14.*

2 Non dubitans, sed opinans se vouisse, vt magna determinatio iudicij sit ad hoc, tenetur ad impletionem voti. Si verò fuerit mediocri diuidenda est res promissa, *l. 2. disp. 41. num. 34.*

3 Certus voti ratione libertatis, dubius tamen de eius obligatione ratione debitæ materiæ, aut finis, vel alicuius circumstantiæ tunc occurrentis, tenetur ad impletionem voti, *l. 2. disp. 41. nu. 35.*

4 In dubio melior est conditio possidentis, non solum in materia iustitiæ, sed etiam in alijs virtutibus à iustitia. Et possidens bona fide; & mox dubitans an sit sua, non tenetur restituere, quando facta diligentia adhuc dubius est, *lib. 2. disp. 41. num. 12. & 32.* Et si negligens fuerit in verò domino inquitendo: & negligentia causa fuit, vt veritas non possit depre-

prehendi, vel inuenias, esse alienum, tenetur restituere, prudentis arbitrio, alteri de quo dubitat, vel, eo ignoto, pauperibus, quantum alterius intererat, veritatem detegi plus, vel minus iuxta qualitatem spei quæ erat, veritatem allequendi, & si post omisiam diligentiam debitam, appareat rem esse alienam, tenetur ex tunc fructus restituere, *ibid.* n. 13.

5 In æquali dubio tenetur iudex sententiã ferre pro possessore. Et si res in nullo possessore inueniatur, diuidenda est inter eos de quibus dubitatur. Et si dubium non est æquale, diuidenda est res iuxta dubij proportionem. Et si res fuerit indiuidua (vt seruus) sorte alteri applicanda; vel vni res, alteri verò dimidium æstimationis, *l. 2. disp. 41. à n. 14. vsq. ad 16.*

6 Dubitans an suo consilio, vel actione operatus sit; præsumendum est, absq; consilio aliũ minimè facturũ, nisi oppositæ coniecturæ aliud suadeant. Item depositarius, vel commodatarius dubitans æqualiter, an sua culpa depositũ, vel commodatum perierit, immunis prorsus est à restitutione, *l. 2 d. 41. n. 17. & 18.*

7 Possidens bona fide, præmissa debita diligentia, manens dubius, potius credens, rem esse alienam, tenetur partem restituere proportionem illius maioris propeffionis. Item possessor bonæ fidei dubitans an res sit sua ante examinationẽ factã, licet possit rem detinere, tenetur tamen ab eius vsu, & eius alienatione abstinere, v. g. de vsu quo res consumitur. Si  
verò

verò examine præmissio adhuc manet possidēs  
dubius, potest vti re illa, eamque alienare, &  
tenetur admonere emptorem huius dubij sub  
obligatione restituendi damnum inde sequu-  
rum, quando moraliter spes foret vt dominus  
appareat. Secus si nulla est spes, *l. 2. disp. 41. à n.  
19. vsque ad 22.*

8 Quando possidens rem accepit dubia fi-  
de, titulo emptionis, vel quouis alio, v. g. du-  
bitans an furtiua sit; tenetur restituere non in-  
tegrè, sed plus, vel minus pro dubij qualitate,  
quo rem illam assequutus est: nisi possidēs in-  
iuste abstulerit rem à possessore bonæ fidei,  
dubitans an sit sua, *l. 2. d. 41. à n. 24. vsq. ad 26.*

9 Emptor bonæ fidei non dicitur ille, qui  
emit ab illo qui communiter vendit res furti-  
uas, nisi præmissio examine constet, vendito-  
rem iuste vendere, *l. 2. disp. 41. nu. 27.*

10 Dubia fide accipiens iuste aliquid ab eo,  
qui bona fide possidet, nec peccat, nec tenetur  
restituere, si apposita debita diligentia non in-  
ueniatur, rem esse alienam. Idem dicendum  
de dubitante, an res sit furtiua, emente, vel do-  
no accipiente, animo quærendi verum domi-  
num, vt ei restituat, *libr. 2. disp. 41. numer. 28.*

¶ 29.

11 Iudex, aut Doctor, existentibus varijs o-  
pinionibus, non tenetur fauere possidenti: so-  
lum enim in dubio est melior conditio possi-  
dentis, hic autem Doctor iam non est dubius,  
sed probabiliter opinatur, *l. 2. d. 41. nu. 30.*

12 Cer-

12 Certus de voto, dubius autem voti qualitaris, ut, an vouerit castitatem, vel se non fornicaturum, aut non ducturum uxorem, vel an vouerit religionem in communi, vel tantum determinatam, vel si vouit castitatem, & religionem, an vouerit castitatem dependenter a religione, tenetur vouens in his omnibus euentibus ad id, quod minus est, *lib. 2. disp. 41. num. 33.*

23 Dubitans an sit impositum præceptum diuinum naturale, vel humanum de aliquate, non obligatur. Secus, si est certus de præcepto, & dubitat, an obliget, & non est locus epieichæ in dubijs. *lib. 2. disputat. 41. numer. 36. & 37.*

14 Dubitans post factam diligentiam sufficientem, an habeat ætatem requisitam ad ieiunium, non tenetur ieiunare. Secus dicendum si dubitat de ætate requisita ad ordines, vel beneficia. tunc enim debet constare. Item dubitans de pubertate, aut minori ætate, potest voti personalis, aut realis irritationem a patre obtinere, *l. 2. d. 41. n. 38. & 39.*

15 Dubitans, an audita fuerit hora noctis duodecima, edens vel bibens, non potest die sequenti ad Eucharistiam accedere: potest tamen edere carnes, licet dies sequens sit ieiunij, & cœnare. Si tamen hodie esset dies ieiunij, & dubitem an sonnerit hora duodecima noctis, non possam cœnare. Et quando sunt diuersa horologia, & aliquorum sonat hora du-

duodecima, aliorum non, potest qui tunc soluit ieiunium naturale, communicare die sequenti; & potest cœnare, vel edere carnes, siue illa dies, siue sola sequens sit ieiunij. At quando est vnum tantum horologium, & vbi cepit sonare duodecima hora, aliquis bibens, licet quando sonat vltimus pulsus duodecimæ, desinat bibere, non potest die sequenti communicare, *lib. 2. disp. 41. nu. 40.*

16 Dubitans de valore matrimonij bonâ fide vtriusque initi, ante diligentiâ adhibitam ad assequendam veritatem, tenetur reddere, at petere minimè; ea tamen sufficienter adhibita, potest petere, & reddere. Idem quando est moraliter impossibile vinci dubium, etiâ intra bimestre nō consummato matrimonio. Idem dicendum de habente scrupulum ex leui, & temeraria incredulitate ortum, deposito illo consilio sui pastoris. Idem si alter coniux adulterium admittat, *lib. 2. disp. 41. à num. 42. vsque ad 49.*

17 Coniux non tenetur reddere debitum alteri affirmanti se non consensisse, nisi denuo consentiat, vel se retractet. At si credat, non potest petere, nec reddere. Non tamen tenetur credere, nisi tales sint coniecturæ, vt credere conuincatur. Et si dubitat, propter alterius affirmationē, probabiliter de valore matrimonij, nequit petere, nec reddere, donec deponat dubium, vel faciat debitam diligentiam, manente eodem dubio, *lib. 2. disp. 41. n. 52.*

K

18 Dubi-

18 Dubitans vterque coniux de valore matrimonij ab vtroq; bona fide initi, non potest petere, nec reddere ante adhibitā diligentiam ad vincendum dubium. Et quando alter tarum dubius est, & petit à non dubitate, potest coniux non dubius, conscius dubij, negare debitum, *lib. 2. disp. 41. nu. 55. & 56.*

19 Coniux contrahens cum dubia fide, potest petere. Teneatur tamen reddere alteri bona fide possidenti, & possidens bona fide non teneatur reddere alteri dubitanti & petenti, si tamen non dubitat potest petere, & reddere, & nuptiæ mala fide contractæ non sunt irritandæ. Quando verò vterque est dubius potest petere, nec reddere, nisi sint rationes efficientes opinionem probabilem, licet contraria sit probabilior, *l. 2. tota disp. 42.*

20 Quando impedimentum amoueri potest proprio consensu, vt seruitus ignorata dubitans de valore matrimonij à se bona fide contracti, potest petere, & reddere animo ratificandi præcedens matrimonium nullum, quando impedimentum est occultum. Secus dicendum, si sit publicum, aut desit animus ratificandi, vel lis mota. Et in hoc dubio teneatur reddere debitum, etiam iudice non præcipiente, debente animo ratificandi, nec sibi præiudicium inferre, *lib. 2. tota disp. 43.*

21 Contrahens bona fide, & postea non dubitans, sed probabiliter opinans, nullum esse matrimonium, non potest petere, etiam adhibita



bitea sufficienti diligentia. Tenetur tamen reddere, non obstante ea opinione, donec ita certus sit, ut parum dubij remaneat. Et habens æqualem opinionem, tã validitatis, quàm nullitatis matrimonij, potest reddere, & petere, quamvis probabilius sit non valere, *lib. 2. tota disputat. 44.*

22 In dubijs est eligendum, quod tutius est; exemplum sit: Dubitas practicè an hic, & nunc tenearis ieiunare, tenearis, dum id dubium non deponis, *lib. 2. disp. 41. nu. 9.*

23 Dubium est, quando intellectus pendet æquilibrio, in neutram partem potius inclinans. Fides est assensus certus, obscurus tamè habitus ex autoritate alicuius illam rem affirmantis. Opinio est assensus illius partis non firmus, & certus, sed cum alterius formidine.

Suspicio est, quando intellectus in alteram partem magis inclinatur, non tamen illi assentitur.

Scrupulus est apparentia aliqua cõtra id, quod aliquis credit, vel opinatur, vel dubitat. Et ad

iudicandum non tam est attendendum dubiũ, vel opinio, quàm rationes dubitandi, vel opinandi. Dubium aliud est practicum, aliud speculativum. Idem de scientia, & opinione. Et

non licet habere contrarium iudicium practicum speculativum, & opinari cum scientia dubia practicè, est peccatum, & reducitur ad speciem peccati, de qua est dubium. Licitum tamen est operari cum dubio speculativo, *lib. 2.*

*disp. 41. à nu. 1. vsque ad 8.*